

B. M. II 197
h. 529.

X 187 888A



DISSERTATIO JURIDICA
De
SUBINFEUDATIONE,

vulgò
Äffter-Belehnung /
Quam

DOMINO NOSTRO SUMMO
Deo Opt. Max. felicitante
MAGNIFICO JCTORUM ORDINE
in Almâ hâc Philureâ permittente

SUB PRÆSIDIO
Viri Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi

DN. GOTHOFREDI SCHILTERI,

Phil. ac J. U. D. nec non P. P. celeberrimi, Collegii
B. V. Collegiati,

Domini Præceptoris sui ac Patroni æternùm venerandî,
Die XVIII. Julii Anno M DC LXXVIII.

publicæ ventilationi submittit
ABRAHAMUS FRIDER. NICIUS, Gorl. Luf.

A. & R.
H. L. Q. C.

LIPSIAE

Literis JOHANN. GEORG.

ca. Jac. Lu. II.



INSTITUTIONE
DIRECTIONE JURIDICA

MAGISTRO JOHANNI
DOMINO HORTO SUMMO



N
Roy
Jus
int
pro
G.
pla
tâ
Qv
me
tib

I
Ad
fni
me
qv
vel
ny
vis
C.
no
vo
cip
qv



ANTEAMBULO.

Maxima Sphærae naturalis cum morali est convenientia.. Ibi Materia mediante motu in diversas ac multiformes particulas divisa tot tantaqve entia naturalia enixa est (siquidem recentiorum Physicorum hypothesei standum. vid. Boyle Tr. Chym. Scept. pr. statim & Beck. Tr. de Princip. corp. natur.) hîc Jus illud Protoplastis primum concessum, ipsô variè extenso iterumq; intenso, ac in plures velut particulas discerptô, tot tamqve varia entia produxit moralia variè ab invicem dependentia. vid. Pufend. L. N. & G. l. 4. c. 4. §. 4. Dn. Struv. S. I. F. c. 1. aph. 1. Inter hæc una jam mihi placeat Subinfeudatio, haut obscure commonstrans, quomodo in totâ rerum universitate unum ab altero suam agnoscat dependentiam. Quod si mirabili huic doctrinae (uti vocatur Curtio p. 4. n. 83.) non ubiq; me parem, L. B, sentias, ætati aliquid condona. Interim dextrè salientibus oculis intuere Diss. nostræ,

§. I.

Licet in plurimis dignationis cujusdam capitibus Entium Juridicorum essentialia v. g. libertatis & oppositæ Servitutis §. 1. & 2. Inst. de Jur. Pers. l. 4. pr. & §. 1. ff. de Stat. hom. Obligationis pr. Inst. de Oblig. Actionis pr. Inst. de Act. Pacti l. 1. §. 2. de Pact. junct. l. 7. pr. & §. 1. 2. eod. & similium, per datas definitiones haut obscure (nec sine omni fructu) insinuent oracula Justi: mirum tamen videri posset, cur non idem in Dominio evolviendo factitarint. Nuspiam enim, quod sciam, verbis expressis Definitionem absolventibus ea invenies; sed, si quid velis, sparsim & à posteriori vix quicquam solidi colligere erit integrum.

§. 2. Impeditos fuisse, si liceret augurari, dicerem nimiâ vocabuli homonymiâ & significatûs latitudine, quâ mox quodvis Jus in Re & ad Rem: mox quodvis Jus in Re, mox certa tantum Juris in Re species exprimitur. Magn. Struv. S. I. C. Ex. 11. th. 3. Hahn. Tr. de Jur. Rev. th. 35. & 36. & anim. ac Suth. diff. 4. n. 4. non secus ac hodiernum ambigua Dominiî vox Polypi instar se habet, ac diversas vocibus gignit sententias, re ipsâ, larvâ prius detractâ, non adeò discrepantes.

§. 3. Certè enim, si prolixius evagari liceret, ostendi fortè posset, vel præcipuum de naturâ specierum Juris in Re cardinem in hoc angulô versari. Sed id quidem impræsentiarum nostri haut est instituti.

& id quidem, quod non parum lucis materię nostrę, quę sub manibus est, fœnerabitur, attigisse; tũm ut constet, quid ambiguitas Dominiĩ obscuritatis pepererit, tũm ne eadem nos in apertã velut luce cęcutire faciat.

§. 4. Quęrunť sc. inter alia scrupulosiores Juris nostri Interpp. (inter quos vel primus nominandus *Bachov. ad Tr. V. 2. D. 20. th. 1.*) num res incorporeę Dominio proprię subsint? ubi quidem plerosq; videas à parte negativã stare, & contrariam sententiam vel horribili absurdi fulmine disjicere, suam verò veterum infallibili, quam putant, autoritate firmare. *Gifan. ad proem. Inst. d. R. D. §. ad rubr. ff. eod. VVesemb. ad ff. d. A. R. D. Donell. 9. c. 8. ibiq; Hill. Cujac. 10. O. 16. Schneid. ad §. 11. Inst. d. R. D. Harpp. ad pr. Inst. de R. D. Ludov. Ex. 4. th. 3. l. c. Hahn. Tr. de Fur. Rer. c. 3. concl. 39. §. ad VVes. d. l. n. 3. Strauch. Diss. Just. 6. th. 9.* alii verò non tantũm proprię dominium rerum incorporalium esse volunt *Vult. pr. Inst. d. R. D. Pac. Isagog. ff. d. A. R. D. Schnob. Diss. ff. d. A. R. D. ibiq; Beier.* cum pluribus aliis; sed & eò quidam dilabuntur, ut magis proprię de rebus incorporalibus id prædicari asserant. *Forst. de dom. c. 6. n. 22. Bach. d. l. Bocer. cl. 4. diss. 2. th. 2. Gadd. ad l. 25. d. V. S. Suth. diss. 4. coll. 3. aliq; citati ab Hahn. ad d. Suth. diss.*

§. 5. Inter tot Dd. concertationes, quę potior sit sententia, non immeritò dubitares, nisi statim ad Dominiĩ Homonymiam recurreres, quã sumitur vel generaliter pro quocunq; Jure in Re, vel specialiter pro certã Juris in Re specie. Illo igitur modò si capias, facilè patet: non tam dicendum esse res incorporales esse in Dominio, quam Dominium ipsum. Rectè autem ita dici, exinde patet, quod is, qui habet Jus in Re quoddam (*cujus species inter res incorporales maxime eminent*) habeat aliquid Dominio analogum, cum competat ei tale quid, quod alias quocq; competeret Domino in re suã; h. e. particula Dominiĩ.

§. 6. Quod, ut plenius intelligatur, sciendum posse Dominium concipi tanquam totum aliquid, non quidem universale, cum non sit genus particularum, nec essentialiale, quia nulla pars est materia vel forma, sed integrale, & quidem analogicum, quia incorporeum; aut etiam, quia ejus particule sunt potestates s. facultates legitimę, totum potestativum, cujus particule s. potestates secundum recensionem *D. Joh. Schilt. Man. Phil. Mor. ad Jurispr. c. 8. §. 52.* sint: Jus utendi fruendi re liberè & omnimodè; Jus agendi in suo, quod lubet, aut omittendi, licet per consequens alteri noceatur; Jus prohibendi, ne quid fiat in meò me invito; tandem & Jus alienandi & transmittendi ad heredes &c. verbò: quęcunq; spectant ad plenariam de re suã dispositionem. Atq; hæ particule conjunctim habitę constituunt dominium plenum eò sensu, quò Majestas dicitur plena, quę omnia Majestatis Jura complectitur. Sed quia per unius alteriusve particule absentiam Domini Jus non adeò statim imminuitur, ut alter in ipsam rei substantiam quid juris adipiscatur; ideò tũm demum, si particula quędam excellentior v. g. Jus alienandi, per quam potestatem quasi plenam alius consequitur, alteri concedatur, dominium id minus plenum cum à parte concedentis, tũm accipientis vocare placuit Interpp. *vid. laud. Schilt. d. l. Pufend. L. N. §. G. l. 4. c. 9. pr. §. c. 4. n. 2. p. 454. Struv. S. I. C. Ex. 11. th. 55. vid. infra §. 13. 14. ubi latius eã de re.*

§. 7. Neq; hic memoratur *Gaddæus*, qui ad *l. 25. d. V. S.* Usumfructum negat

negat esse partem dominii, cum potius ejus sit accessio & sequela *d. l. 25.* & Usufructuarius Dominus negetur *l. 1. §. 1. & 2. ad Scit. Silan. l. 43. §. f. de furt.* Resp. enim cum *Godofred. ad l. 4. ff. de Usufr.* (ipso etiam *Gadd. haut invito confer num. ejus 8.*) partem in *d. l. 25.* notare speciem. Quod mihi non obest, facile enim concedo, Usufructu formaliter sic dictum non esse speciem Dominii, sed Servitutis, quæ ipsa tamen servitus pars est dominii, à dominio quippe hæctenus avulsa, donec per consolidationem ad suum, unde venerat, principium redeat, eiq; iterum incorporatur. Conf. *Dn. Sim. ad Grot. l. 1. c. 1. §. 5. & add. l. 4. ff. de Usufr. l. 58. ff. d. V. O. l. 8. ff. de reb. autor. jud. poss. l. 5. §. f. ff. commod.*

§. 8. Probè verò hic not. Usufructum, etsi pars sit integralis Dominii pleni *Frantz. Tr. de Laud. p. 65. Schilt. d. l. separatum tamen à totò*, quem formalem vocant, non rectè tueri nomen Dominii minus pleni, cum servitutem tantum habeat in re nostrâ *t. t. ff. de Usufr.* nec possidet ipsam rem animo sibi habendi *l. 12. l. 49. d. A. vel A. P.* Sed Usufructum tantum rei *§. 4. Inst. per quas pers. l. 10. §. f. ff. d. A. R. D. l. 1. §. 8. de A. vel A. P. l. f. uti poss. l. 5. §. 1. ad exhib.* (unde nec aliam Servitutem prædio acquirere potest, quippe quod Domini est *l. 1. ff. de usu & usufr. leg.*) aliud enim est habere particulam Dominii, aliud Dominium minus plenum; ad hoc plura requiruntur, quemadmodum nec Æthiops statim dicitur albus, licet albi quid habeat. *Stahl. Reg. Phil. Tit. 6. R. 3. §. 1.* Sed nec adeò accuratè secundum Interpp. dominium minus plenum dicitur, licet Ususf. alienus sit, quippe cum per illius concessionem potestas quasi plena in alterum haut sit translata. *Confer §. 6. in fin.*

§. 9. His positis, quid sentiendum sit de Dominio generaliter sumto rerum incorporalium, patescit, esse scilicet dominium rectius, quam in dominio. Jam quid altera specialis significatio admittat, videamus. Equidem, si illud assumerem, quod à plerisque ambabus conceditur, dominium hõc sensu denotare jus tantum in re corporali, res esset expedita. Sed cum hoc non planè extra omnem dubitationis aleam poni ab aliis sciam, aliunde id accersendum erit. Puto itaq; neminem esse, qui negaverit hæctenus res incorporales (quarum nomine præcipuè Jura in Re complector) esse perinde ac ipsum Dominium facultates legitimas, & terminare se perinde ut ipsum Dominium in rem aliquam corporalem, quanquam fine diversò (dominium enim ita se terminat in rem, ut eam mihi faciat propriam; servitus verò eum pertinentia respectum stylò *Pufend.* gignit, quò res alterius est *serva*) jam quemadmodum dominium (ut & alia Jura) mihi competit nullà alià præsupposità facultate, beneficiò cujus id ad me sub liberrimâ potestate pertineat (sic enim facile processus fieret in infinitum) ita non video, cur & quomodo Ususfructus & alia Jura s. res incorporales dominium aliquod admittant.

§. 10. Licebit jam colligere, quid de illâ ratione (quæ *Achilleum* quid videri posset) sentiendum sit, quâ dicunt, vel propterea dominium rerum incorporalium non dari, quia illud sit accidens, quod requirat Subjectum (*Substantiam putata*) cui insit, quale verò non sit res incorporalis, cum accidens accidentis non datur secundum *Philosophos & arg. l. 1. ff. de usu & usufr. leg.* Negamus enim dominium in hætere rebus, cum in homine propriè radicetur tanquam qualitas quædam moralis personæ competens secundum *Grot. l. 1. c. 1. §. 4. de I. B. & P.* quæ ipsas

res non physicè & intrinsecè afficit, sed effectum duntaxat moralem producit in ordine ad alios homines. Unde rectè à *Ludov. S. F. p. 173.* & passim, à Moralists item nonnullis vocatur Jus in rem, quia scilicet se terminat tantum in rei substantiam, ex quò res ipsa denominationem quampiam extrinsecam sortiuntur. Vid. *Pufend. l. 4. c. 4. n. 2.* Quid? quod hác ratione non tam persona rei, quàm res personæ videri posset dominari. Quin imò, ut aliquid dominium terminare possit, necesse non est, ut illud res sit corporalis, sed incorporalis sufficit, non secus ac color terminare potest potentiam visivam.

§. 11. Non repugnat hactenus dictis, quod Servitutes possint tradi *l. 1. §. ult. Verbo traditio ff. d. S. P. R.* & vindicari *l. 1. ff. si ususfructus petatur*, quæ duo dominium arguunt. Sciendum enim, traditionem esse factum productivum non solum domini, sed etiam aliorum Jurium in Re, & vel propterea in his quoque locum invenit, quod Jura illa sunt certæ domini particulae; quæ eandem quam totum, constitutionem recipiunt. Vindicatio verò latius sæpè sumitur *l. 12. C. Mand. l. 18. §. 7. de Fur. Fisc. Nov. 162. c. 1. Hillig. ad Don. 20. c. 1. l. 4.* indeque non semper dominium præsupponere certum est. Et quemadmodum vindicare rem est asserere se habere dominium rei, ita & Servitutum vindicare, est asserere se habere Servitutum in hác vel illá re.

§. 12. Colligere hinc licet, quæle dominium Vasallo in re feudali sit attribuendum: habere scilicet eum non Juris (quod putat *Vultej. ap. Hahn. Tr. de I. R. concl. 43.*) dominium, sed ipsum Jus à Domino ipsi in rem concessum, constituit dominium utile, quod vocant. Decerpit enim hinc Dominus quasdam particulas de suo dominio, easque quasi proprias Vasallo concedit, eum in finem, ut possit easdem exercere in re sibi attributá. Unde facilè hic iterum occurrere possumus dubitationi alicui, dum videri posset quasi rerum incorporalium v. g. Regalium, Jurisdictionis &c. quæ in feudum concedi possunt, dominium saltem utile daretur. Tenendum enim, Regalia, Jurisdictionem &c. constituit Majestatem ut particula certæ domini. Jam, si res incorporalis in feudum conceditur nihil aliud est, quàm ejusmodi particulae concessio, in quâ Superioritas Domino quidem manet salva, facultas tamen e. g. Jurisdictionem exercendi transit in Vasallum. Hæc particula s. facultas Vasallo concessa constituit hinc dominium utile, beneficio cujus potest exercere Jurisdictionem. Probè enim in his rebus incorporalibus à se invicem discernenda facultas *juris & facti*; illa est illud ipsum Jus, beneficio cujus mihi aliquid competit v. g. Jus servitutis, Jurisdictionem exercendi Jus; hæc est id, quod competit, ut servitus, Jurisdictio s. actus Jurisdictionales; quæ, quia tangi nequeunt, rectè quidem dicuntur tanquam res incorporales in feudum concedi, sed tùm attendendum, dominium hujus rei haut accuratè dici dominium, sed improprie, cum sit tantum particula domini Vasallo communicata, *utiliter* ab ipso exercenda.

§. 13. Ut itaque constet, quid hoc Jus Vasalli comprehendat, paulò penitius, antequam ipsam causæ arcem invadamus, illud inspiciendum. Ad quod multum lucis afferet repetita sæpiùs & adhuc explicatiùs paulò repetenda domini divisio in dominium plenum (sive liberum, dominium plenum jure *l. 11. C. de act. emt.* plenum Jus *l. 17. ff. quibus mod. Usufr. am.*) & minus plenum seu restrictum. Illud

habet

habet, qui aut omnes domini particulas aut saltem excellentiores h. e. plenam de re nomine proprio disponendi facultatem tenet. & §. ult. *Inst. de Usufr. d. l. 17. ff. qvib. mod. Ususfr. am. l. 126. §. 1. ff. d. V. O. Schnob. ff. d. 20. th. 2. Hahn. d. Tr. concl. 42. Eccolt. ff. d. A. R. D. Pufend. Elem. IPr. un. l. 1. cl. 5. §. 3.*

§. 14. Minus plenum duplex potissimum est: vel enim restrictum est ita, ut quidem Jus percipiendi fructus ex re nostrâ habeat Alter, nihil tamen quicquam de proprietate, h. e. particulis excellentioribus, Rem propriam facientibus participet, quod dominium minus plenum vocare non sine ratione dubitant Interpp. *Vid. Struv. S. I. C. Ex. 11. th. 55. add. l. 25. d. V. S. & supra §. 6. vel restrictum est ita, ut cum plenissimo Jure utendi fruendi etiam de Proprietate particula quædam decedat & alteri acquiratur, ut Jus rem ipsâ vindicandi, aliquo modo alienandi conjunctum cum quâdam perpetuitate 2. F. 8. pr. 2. F. 23. Pufend. L. N. & G. l. 4. c. 4. p. 454. confer l. 12. C. de fund. patrim. l. 15. §. 1. ff. qvi satisd. cog. Scotan. diss. 25. th. 28.* Atq; hæc restrictio præbuit fundamentum dividendi Dominium minus plenum in directum & utile, ut Dd. vocari consueverunt, & nos cum illis tantisper, donec commodius aliquod nomen nobis quis suggerat, vocare non erubescimus. *Vid. Bachov. ad Tr. §. 1. D. 15. th. 15. Rosenth. d. F. c. 1. concl. 6. l. a. Hahn. ad VVes. si ager Sect. pet. Schneid. ad §. 11. Inst. d. R. D. n. 4. Carpz. de Jur. Fam. Dec. 5. pos. 3. n. 26. & 27. Eccolt. ad ff. d. R. D. §. 6.*

§. 15. Atq; tale dominium utile consequitur Vasallus h. e. (ut definit Dn. Struv. S. I. F. c. 12. aph. 1.) Jus re plenissimè utendi fruendi, de illa pro arbitrio (quodammodo tamen restricto & dependente ab alio) disponendi: unde non tantum veram rei, licet naturalem tantum (quia non animo Domini possidet) possessionem nanciscitur 2. F. 2. §. 1. 2. F. 8. §. ult. 2. F. 22. pr. 2. F. 7. §. 1. 26. §. si facta. d. l. 15. §. 1. qvi satisd. cog. Sed & jus quamlibet commoditatem percipiendi, atq; adeo omnes fructus indifferenter tam naturales quam industriales, & lucrandi tam perceptos quam pendentes, nec non civiles 2. F. 13. & 28. & usque dum persona ipsius non mutatur, disponendi quoq; de nascituris *Rittersh. Part. feud. l. 2. c. 2. §. 2.* obtinendi incrementa tum naturalia v. g. per alluvionem, coalitionem 1. F. 4. 5. tum industrialia, ut ædificium ab ipsò inibi exstructum *arg. §. 30. Inst. d. R. D. l. 7. §. 10. ff. de A. R. D. junct. 2. F. 8. §. 1.* Porro rem alteri locandi 2. F. 9. fructus concedendi (non verò alteri usumfr. formalem aut aliam servitutem in feudo constituendi *Struv. d. l. c. 12. aph. 9. inf. Reichenb. ad Schnob. d. 9. th. 8.*) commoditatem feudi pignori dandi, vel hypothecam in câ constituendi; atq;ve, quod palmarium est, de ipsâ rei proprietate participat, à quâ dependet porro potestas rem pro lubitu tractandi, modò ne insigniter deterior reddatur, nec non sine consensu Domini actiones de Feudo in Judicio intentandi & suscipiendi, imò planè de Feudo transigendi 2. F. 26. §. si Vasallus. compromittendi 2. F. 15. 34. pr. & 46. refundandi 2. F. 14. & 38. alienandi (non tamen sine consensu Domini 2. F. 34.) tandemq;ve, de quò & impræsentiarum erimus solliciti, Subinfeudandi 2. F. 26. §. beneficium & 34. §. 2.

§. 16. Hæc Subinfeudatio novam Domini utilis peperit Subdivisionem, ut aliud dominium utile superius, aliud inferius diceretur, atq; illud quidem penes Subinfeudantem remaneret atq; directo analogum esset: hoc verò in Subvasallum transi-

ordi-
s item
am; ex
d. l. 4.
videri
on est,
e pot.
1. §.
e duo
on so-
ocum
, con-
18. §.
omi-
se ha-
em in
attri-
I. R.
con-
sdam
n, ut
ossu-
Rega-
e da-
m ut
hil a-
idem
Hæc
cujus
invi-
mihi
id,
angi
, sed
pro-
exer-
beni-
mul-
divi-
emt.
Illud
abet

transiret. *Valasc. de Jur. Emph. q. 13. n. 12. §. nec obstabit Curt. de Feud. p. 4. n. 83. Rosenth. c. 9. concl. 42. membr. 1. n. 4. §. 5. Obrecht. l. 10. c. 13.*

§. 17. Videri quidem posset hanc distinctionem quandam involvere absurditatem, ut sc. duo habeant ejusdem rei dominium directum, & ejusdem utile duplex, imò ut unus & idem & directò & utiliter sit Dominus, siquidem attendas, utile dominium utilis domini dari ejusdem esse *corpore*, ac Servitutem Servitutis esse contra *l. 1. ff. de usu & usufr. leg. præprimis cum Feudum videatur ad Ususfructus naturam proximè accedere. Ludov. S. F. c. 2.* Certè hoc ipsum movit *Bart. in l. 2. de usucap. & in l. si quis vi §. differentiam. 6. Vers. alias aliud ff. d. A. P. Bald. in c. sane n. 10. de renunt.* ut subalternum utile dominium eò tantum casu admitterent, quò prius utile per præscriptionem fuerit *quæsitum per auth. C. de bon. mat.* aliis casibus nihil penes Subinfeudantem manere, sed omne Jus ad Subvasallum abire. *Vid. Clarum §. feudum. q. 32. in fin. ex Bald. in c. sane Vers. sed mirum X. de renunt. pluresq. cit. à Valasc. d. q. 13. n. 11. §. addunt.*

§. 18. Verum enim verò nihil absurdi suberit, siquidem diversum tantum respectum evolvamus cum *Frantz. Tr. de Laud. c. 14. n. 42.* Aut enim Vasallus refertur ad Auctorem Feudi, & tum nil nisi utile dominium habet; aut ad illum, cui secundo locò Feudum conceditur, & tunc habet jus aliquod directò primi Autoris dominio æquipollens seu analogum. Id quod ex effectibus clarum evadit. Neuter itaq; in solidum est Dominus, sed subordinata habent dominia, quæ respiciunt unum independens. Neq; enim dominium utile, quod Vasallus habet, plane transfert in alium, sed Subfeudum constituendo suum exercet, quippe quod facultatem subinfeudandi suâ vi comprehendit. *Ludov. S. F. c. 15. p. 319. & alias inconueniens non est, ut dominium penes duos sit, sicut in rebus dotalibus. Valasc. d. l. q. 13. n. 12. Frantz. Tr. de Laud. c. 14. n. 32. qui citat Molin. ad cons. Par. tanquam testem confirmantem, quod contraria sententia sit contra rationem & Gallia consuetudinem.*

§. 19. Ast de Possessione major poterat injici scrupulus. Si enim Domino attribuenda est Possessio civilis h. e. rem animo Domini independentis habendi, quam Domino communiter tribuunt Dd. teste *Struc. S. I. F. c. 11. th. 1. & c. 12. th. 2.* Vasallo verò Possessio naturalis, ecquid tandem Subvasallo competet? *Gl. in l. un. C. uti possid.* ita hoc componit, ut Vasallum naturaliter possidere neget, eò quod duo non possint eandem rem eodem Possessionis genere possidere *l. 3. §. 5. de A. Vel A. P.* Verum enim verò licet non facile affirmaverim, duas hic esse Possessiones specie diversas, cum Possessio videatur species infima. *Vid. Diss. Exc. Dn. D. Carpz. Pand. Prof. celeb. de Jure divid. & indiv. c. 3.* nescio tamen, an non dici possit possessionem naturalem hic æquè esse subalternam, ac de dominio utili diximus; ita scilicet, ut Vasallus possideat Feudum naturaliter, Subvasallus itidem, non obstante Regulâ à gl. allegatâ, quæ de eodem Possessionis genere *in solidum* capienda, quod hic adesse negamus. Possidet enim rem feudalem Vasallus Possessione naturali civiliter tali (sumtâ voce *civiliter* non pro formâ, sed pro modo possidendi) Subvasallus possessione naturali naturaliter tali (liceat id tantisper hâc voce exprimere): ut adeò necesse haut sit, ut cum *Rosenth. c. 9. concl. 47. n. 5.* dicamus, Subinfeudantem respectu Domini directi naturaliter, respectu Subvasalli civiliter possidere;

dere; illud enim non æquè ac in dominio procedere arbitratur *Lud&V. S. F. c. 15. p. 329.* Quamquam etiam (fortè accuratius) dicere posses, Possessionem Vasalli subinfeudantis esse potius Juris in Subvasallum suum respectu rei concessæ sibi competentis, quàm rei ipsius. *Conf. Stru&V. S. I. F. c. 12. aph. 1. & c. 11. aph. 1. Rosenth. d. l. n. ult. Obrecht. l. 3. c. 10. n. 31.*

§. 20. Ceterùm illa quæstio, quæ & hic quasi præjudicialis est, non prætereunda, an liceat subinfeudare? quod aff. per disertos textus *c. investitura §. 1. Vers. per feudum 2. F. 3. c. est a. pr. 2. F. 9. c. si de feudo §. beneficium 2. F. 26. c. lex. corrad. §. 2. 2. F. 34. c. 1. §. f. per Frider. 2. F. 55.* ubi Vasallus, qui habet alium Vasallum vocatur Dominus respectu sui Vasalli. Neq; hæc res à principiis Juris civilis planè abhoriet. Ecquid enim erat Substitutio substituti in hereditatibus *pr. Inst. d. vulg. subst. quid Subservus Actori tanquam servo optimo ac Dispensatori subditus l. 40 §. 3. ff. de Statulib l. 37. de leg. 1.* quid Subemphyteuta? Vix igitur est, ut cum *Horom. Disp. feud. 34. & ad §. callidis de prohib. feud. al.* dicamus: Jus subinfeudandi olim quidem licuisse Vasallis, sublatum verò esse per constitutiones Lotharii II. & Friderici I. *2. F. 52. & 55.* longè enim aliud probant isti textus *confer. 2. F. 3.* prohibetur verò illa Subinfeudatio, quæ fit in fraudem legis *novæ. Dn. Stru&V. S. I. F. c. 12. aph. 9 Hartm. Pist. p. 2. q. 44. n. 1. Niell. d. 7. th. 8.* neq; cum *Claro in §. feudo q. 32. n. 1.* qui fatetur, se non potuisse hætenus idoneam aliquam rationem invenire, cur stante generali prohibitione Feudi Subinfeudatio permissa sit, quæ de re etiam agit *Vult. l. 1. c. 10. n. 85.* Ex ipsa enim Feudi naturâ eam fluere docet *Lud&V. S. F. p. 324.* quam rationem etiam teneri jubet *H. Pist. p. 2. q. 44. n. 2.* ubi plures allegat *Dd. præprimis cum in feudalibus non tam exacta ratio, quàm usus requiratur. Schepütz. Promt. I. C. & F. tit. 8. §. 5. n. 9.*

§. 21. Imo esse hanc consuetudinem hodiè etiam receptam non tantùm tota dies edocet, sed & restantur *Dd. Zas. p. 9. n. 15. Schrad. p. 8. c. 2. n. 10. Clar. §. feud. q. 32. Obrecht. c. 10. l. 3. Myns. 1. O. 62 Wesemb. de Feud. c. 11. n. 3. Borch. de Feud. c. 8. n. 49. & 50. Pist. d. q. 44. n. 1. Molin. ad consq. Par. §. 1. gl. 6. num. 4. in f. Schurff. consil. 92. Vult. de Feud. l. 1. c. 10. n. 29. Frantz. de Laud. c. 14. n. 46. 47. seq.* ut adeò adhuc operæ pretium nos facturos arbitremur, si hanc materiam & utilem & jucundam paulò intimius scrutemur.

§. 22. Præmissis hisce describere possumus Subinfeudationem, quod sit *Subfeudi à Vasallo alteri aq;è habili eadem Lege facta concessio.* Dicitur concessio *Subfeudi:* quæ vox idem planè involvit ac vox Feudi, nisi quod hoc constituatur à Domino Feudi, Subfeudum verò à Vasallo, quem ipsum tamen certò respectu Dominum quoq; esse jam supra §. 16. seqq. innuimus, & ulterius ex totâ hâc *Diss. e. lucet.*

§. 23. Talis Subinfeudatio est vel universalis, quando totum Feudum alteri rursus in Feudum dat Vasallus, ita, ut ipse dominium quasi directum ratione Subvasalli in totum nanciscatur; vel particularis, quando solùm partem aliquam Feudi subinfeudat; atq; tùm quidem ratione istius tantùm fit Dominus *2. F. 9. pr. Vers. si Verò. Lud&V. S. F. c. 15. n. 8. p. 314. Dn. Stru&V. S. I. F. c. 12. th. 10. n. 4.* Vasalli verò munus, sicut in hâc particulari, ita nec in illâ universali Subinfeudatione unquam deponit.

§. 24. Variat porrò Subinfeudatio pro varietate Feudorum, in quibus exercetur; alia enim fit in novò beneficio, alia in veteri; alia in Feudo seculari, alia in Feudo Ecclesiastico; alia in nobili, alia in ignobili; alia in fæmineo, franco, in curte, extra curtem &c. de quibus singulatim dicturi sumus *infra* §. 71.

§. 25. Efficiens Subinfeudationis, & quidem remota est Jus Feudorum; huic enim Subinfeudationem suos debere natales patet *ex c. investitura* §. 1. 2. F. 3. *c. est a. pr. 2. F. 9. c. si de feudo* §. beneficium 2. F. 26. *c. lex corradi* §. 2. 2. F. 34. confer supra §. 20. *it. §. 15. seqq.* proxima est mutua ac reciproca Subinfeudantis & Subinfeudandi voluntas per signa externa sufficienter exposita. Voluntas enim, ut alterum actionum moralium & civilium omnium, ita & hujus est principium, arg. *l. 51. de Pact. l. 55. l. 57. d. O. & A.* quæ voluntas omnino mutua esse debet ac reciproca (aliàs enim negotium nullius Juris translaticivum intercederet, *per d. l. 55. d. O. & A.*) cum Subinfeudatio voce quidem efferatur unâ, duos tamen actûs, oblativum & acceptativum reipsâ involvat. Debet autem hæc voluntas exterius sufficienter declarari arg. *l. 5. §. 1. & 2. ff. de condict. causu dat. l. 50. ff. de cond. ind. ibiq. Godofr.* quippe cum naturæ humanæ congruum haut sit, ut ex actibus merè internis Jus aut obligatio inter homines nascatur *Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 10. n. 18. & l. 2. c. 4. n. 3.* unde non esse & non apparere, quantum ad efficientiam Juris, pro eodem sunt. *Idem d. l. c. 10. n. 11.*

§. 26. Cum verò nemo sine causâ rem suam in alium transferat, nec eam jactare præsumatur *l. 25. pr. ff. de Probat.* ideò, ut Jure Civili *l. 31. pr. ff. de A. R. D.* ita & Jure Feudali ad domini translationem Titulus Legum autoritate comprobatus *1. F. 1. in fin. 2. 16. 20. 24. 2. F. 12.* requiritur, sive sit actus inter vivos, ut donatio arg. *2. F. 23. in fin.* emtio venditio *2. F. 12;* permutatio *2. F. 25.* stipulatio arg. *2. F. 55.* aut nuda quoq; conventio arg. *2. F. 33.* quem Contractum alii feudalem *Wesemb. c. 1. n. 5. Rosenthal. c. 1. concl. 4.* alii pactum legitimum *vid. Rosenthal. concl. 5. c. 6.* appellant, quorum neutrum tamen probare possum, confunditur enim sic Titulus domini translaticivus (qui in Feudo constituendo bene intervenire potest, sed solus haut sufficit) cum Contractu feudali, qui mediante Investiturâ abusivâ demum celebratur. *vid. omnino Dn. Struë. S. J. F. c. 11. th. 3. n. 3.* sive & per ultimam aliquam voluntatem; ubi tamen not. quod dominium à morte Testatoris non statim transferatur, sicut Jure civili, quia Jure Feudali expressè dispositum, quod sine Investitura *nullo modo* Feudum constituatur *1. F. 25. Conf. Rosenthal. c. 6. concl. 5. & 6. Bocér. de Invest. c. 2.*

§. 27. Nequaquam igitur cum *Hartm. Pistoris 2. q. 44. n. 5. Schrad. P. 8. c. 2. n. 15. Schenk. in c. beneficium si de feudo def.* aliisq; , qui indistinctè volunt, Subinfeudationem pecuniâ interveniente factam esse suspectam & invalidam, facere possumus: præterquam enim, quod refragentur textus *1. F. 1. 4. 8. 16.* ubi pretium intervenit, pretium certè non variat ipsam Feudi naturam, quam non intrat, sed est extra eam, & modum concedendi tantum variat, eodem interim permanente beneficio, quod dominus Vasallum in clientelam suam recipiat, à quò tanquam potentiori beneficii fit denominatio arg. *l. 10. ff. de Stat. hom. Bocér. de q. al. & diff. Feud. c. 5. n. 62.* & feuda hodiè pecuniâ interveniente constitui posse probat *Styng. 5. th. 33. Hartm. Pistoris 2. q. 34. n. 8.* (unde ipse quoad Subfeudum frustra

Arà dissentit) *Vult. c. 8. n. 45. Fas. Epit. feud. p. 12. n. 19. Rosenth. cap. 2. concl. 62. Schrad. p. 5. n. 5. c. 1. n. 3.* nec enim omne beneficium est gratuitum *l. 3. in f. ff. de obseq. Par. & Patr. prest.* exemplò donationis ob causam, quæ tamen donatio dicitur *l. 1. C. de donat. qvæ sub mod. Niell. d. 1. th. 6. Ludv. 5. F. c. 2. p. 28.*

§. 28. Deinde ex eò solò, quòd pretium acceperit Vasallus, fraudulentus animus probari haut potest, cum semper sit præsumtio in contrarium, nisi fraus aperte probetur arg. eorum quæ §. præd. dicta, nec ullum Domino exinde fit præjudicium, quippe cujus conditio melior potius quam deterior redditur, dum pro unò duos quasi consequitur Vasallos; Et servitia, quæ per se primus Vasallus non ita commodè præstare poterat, Feudò subinfeudatò, una cum Subvasallo præstare possit *2. F. 34. §. 2. Niell. d. 7. th. 8. Rosenth. c. 9. concl. 43. Vult. c. 10. n. 82. Dn. Struv. c. 12. th. 11. in fin.*

§. 29. Probè interim distingvendam esse promissionem, quæ Titulum requirit, ab ipsà Subfeudi constitutione & acquisitione facile perspicitur. Quemadmodum enim in aliis Juribus in Re observatur, ita & hîc in Jure Subfeudi acqvirendo secernenda est promissio ab ipsà constitutione *per l. 136. §. 1. d. V. O.* Illa promissio operatur solùm Jus ad Subfeudum in Re constituendum: hæc verò ipsum Subfeudum producit, & Jus in Re per Investituram constituit. *vid. 1. F. 25* unde & his demùm intervenientibus Rei Vindicatio ex Jure Feudi *2. F. 8.* datur *Gudel. de Jur. Feud. c. 6. n. 2.* alias tantùm actio ex contractu, per quem promissio facta. *Bocer. de Invest. c. 2. n. 19. Conf. hæc optimè explicantem Dn. Struv. c. 7. th. 2. & S. I. C. Ex. 11. th. 9.*

§. 30. Sed quid dicendum hîc est de Domini superioris voluntate, num & ejus necessarius erit consensus? Communiter id negant Interpp. per textus supra §. 20. cit. *Curt. P. 4. n. 83. Schrad. P. 8. c. 2. n. 10. Rosenth. c. 9. concl. 43. Zas. p. 9. n. 17. Vult. c. 10. n. 86. Molin. ad consv. Par. §. 33. gl. 1. n. 19. Valasc. de Jur. Emph. qv. 13. Mant. de tac. & amb. consent. l. 22 r. 18. n. 14. Joh. Fab. ad Inst. de Locat. §. adeò n. 5. Schepl. Promt. I. C. & F. t. 7. §. 5. Frantz. tr. de Land p. 213. n. 44. & Resol. l. 3. p. 366.* Ratio fortè est, quòd Subinfeudatus primariò obstrictus sit Subinfeudanti, cujus etiam respectu solùm propriè Vasallus est; & quòd nullum Domino, modò legitimè fiat, nascatur præjudicium: cur igitur illius consensus requireretur, quem negotium præsens (cæteris paribus) nec tangit & angit? Et quanquam Jure veteri ratihabitionem Domini magis necessariam fuisse dicat. *Niell. D. 7. th. 8.* hodiernis tamen moribus Duces, Comites &c. partes Provinciarum in Subfeuda concedunt Imperatore irrequisito; & quoties hi Subvasalli consensu Domini opus habent, solius immediati adhibent; quòd non aliunde esse patet, quam quòd partes hæc ordinaria sint Subfeuda. *vid. Beier. ad Schnob. D. 8. th. 19.*

§. 31. Restringitur quidem communis hæc opinio, quæ vult, quòd Vasallus etiam hodiè citra Domini consensum subinfeudare queat *decem* modis à *Curt. d. p. 4. n. 83.* usqve ad 91. & novem referuntur à *Schrad. p. 8. c. 2. à n. 13. usqve ad 25.* ex illis tamen una præcipuè alicujus momenti esse videtur, quòd non valeat, si pactum sit adjectum de non alienando in Investiturâ, quam refert etiam *Rosenth. c. 9. concl. 46.* eamq; probat *d. l.* ac quamvis de eâ subdubitent plurimi, etiam *Curt. d. l.* confirmat tamen eandem *Zasius p. 4. §. 17. Borch. c. 8. n. 52. in fin. Rittershus. c. 2.*

quibus
culari,
ranco,
orum;
.2.F.3.
F.34.
eudan-
luntas
princi-
lle de-
et, per
tamen
as ex-
ff. de
x acti-
P. l. 2.
ntiam
e eam
R. D.
roba-
nt do-
alatio
i feu-
Ro-
nfun-
è in-
e In-
n. 3.
mor-
ressè
Conf.
P. 8.
vo-
vali-
P. 16.
non
per-
ran-
val.
ro-
fru-
stra

c. 2. q. 12. Vigel. c. 5. causa 34. exc. 3. repl. 6. Schrad. p. 8. c. 2. n. 20. Diss. 2. q. 44. n. 30. argumentis utuntur: quod geminata prohibitio (legis & hominis) ampliet arg. l. 1. §. nunciatio de Op. no. nunt. & quod aliàs verba contrahentium omni carerent effectu, cum tamen semper cum effectu, & potius in significatione minus propria accipi debeant, quam ut nihil operentur. l. 109. de leg. 2. Niell. d. 7. th. 8. Sed quid sentiendum sit etiam de hac limitatione, docet Vult. c. 10. n. 8. & nos infra §. 131. dicemus.

§. 32. Expositis hisce Personam Subinfeudantis & Subinfeudandi consideremus. Subinfeudantem quod spectat, in illò requiritur, ut habeat dominium utile liberum, nec per pacta restrictum. Vid. infra §. 131. & hic rectè tum vocari potest Dominus respectu sui Subvasalli, confer supra §. 20. tum quod dominium quoddam & proprietatem retineat, tum propter fidem & servitia honoris causà ipsi debita arg. l. 57. ff. de don. int. vir. & ux. l. 26. ff. de constit. pec. l. 41. pr. ff. de leg. 3. Lud. & Syn. Feud. c. 5. p. 91. Hinc & nomen Senioris Subinfeudanti competere putarem; siue dicas hanc denominationem fieri secundum eam formam denominationis, quã Senatores & presbyteros insignimus; siue cum Hotom. Comm. d. Verb. feud. voce Senior, hanc vocem esse ex vocabulo Longobardico Signor vel Segnor, commutato in Latinæ vocis sonum. Quicumque igitur est dominus utilis, & habilis ad actionem moralem in Societate civili edendam l. 21. C. Mand. §. 1. Inst. de Jur. pers. copiã subinfeudandi pollet arg. 2. F. 3. l. 1. F. 1. confer Rosenth. c. 3. concl. 2. n. 1. Hunn. Diss. Feud. 3. th. 2. Lud. & Syn. Feud. p. 90. Dn. Stru. c. 5. per 101.

§. 33. Habilitas verò ista æstimatur, sicut Jure Civili, ex Statu, qui vel naturalis vel adventitius. Secundum istum homines sunt vel masculi vel feminæ. Uterq; sexus ad subinfeudandum habilis est arg. 2. F. 3. §. 1. Vers. feminam junct. l. 1. F. 1. & 6. 2. F. 91. Vult. de F. l. 1. c. 3. n. 9. quod ad feminas religiosas & in dignitate aliquã constitutas restringunt nonnulli; alii rectius generaliter concedunt, quod textus d. 2. F. 3. generaliter loquatur, & expressè hæc sententia mitior appelletur. d. 2. F. 9. Rittershus. c. 5. q. 22. Zas. p. 5. n. 33. Licet enim aliàs feminæ ab officiis virilibus Jure Civili removeantur l. 2. ff. d. R. J. indeque Jurisdictionem exercere nequeant l. 12. de Judic. contrariis tamen moribus aliud induci posse constat. Esse autem Jure Feudali (ceu consuetudinario) introductum, vel exinde patet, quod Feminis permittatur concessio Feudorum, ergò & inde dependentia Jura. Stru. S. J. F. c. 5. th. 3. Imò posse Feminis Jurisdictionem competere saltem per alios exercendam, patet ex c. 4. X. de Arbitr. confer Finckelth. D. 8. contr. 14. Limitant tamen hoc Dd. in feminis, quæ luxuriosè & impudicè vivunt, & bona sua prætenu Feudi in amatorem transferre volunt. arg. l. 15. ff. de cur. fur. dand. Zas. p. 5. n. 35. Schrad. P. 4. c. 1. n. 59. Vult. d. l. in f. vel nisi ex formã statuti alienare prohibeantur arg. 2. F. 3. cum quædam alienationis (laxè ista dicta) species sit Subinfeudatio. Stru. c. 12. n. 9.

§. 34. Deinde secundum hunc Statum alii sunt impuberes, alii puberes. Impuberes ex suã personã planè sunt inhabiles ad Subinfeudandum, cum nondum gaudeant Intellectu & voluntate perfectis, tanquam principiis actionum moralium & civilium Grot. de J. B. & P. l. 1. c. 11. n. 5. Pufend. de Off. hom. & ci. p. 151. & L. N. & G. 4. §. 15. Hugo de Roy Tr. de eo, quod justum est l. 2. t. 6. Quamquam enim

enim dominium his non denegemus, liberam tamen administrationem non habent *l. 11. ff. d. A. R. D. § l. 1. pr. ff. de Minor.* hinc nec Subfeudum de novo constituere possunt, licet Tutorum accedat autoritas & consensus, quippe qui domini non sunt *l. 22. ff. de adm. Tut. l. 46. §. f. cod.* resq; fidei suae commissas administrare, non alienare debent *l. 5. § t. t. ff. de reb. eor. qvi sub Tut. vel. Cur. § t. t. C. de prad. § al. reb. min. sine decr. Zaf. p. 5. n. 41. Schrad. p. 4. c. 1. num. 73.* concessio autem Subfeudi est quaedam alienationis species, sicut & de Feudo in genere affirmat *Vultej. de Feud. c. 3. n. 6. in f. qvæ interdicta Tutoribus l. 16. de adm. Tut. l. 22. l. 46. §. ult. ff. cod.*

§. 35. Sed an id fortè procedet, si Magistratus (qui respectu immediatorum Imperii civium est Camera *Beier. ad Schnob. D. 3. th. 4.*) decretum & autoritas, quæ in immobilibus sunt necessaria arg. *l. 5. t. t. ff. de reb. eorum. § c. interveniat?* Affirmant id regulam secuti *Zaf. de Feud. p. 7. n. 41. Schrad. p. 4. c. 1. num. 73.* alii negant cum *Lud&v. S. F. c. 5. p. 113. in fin. Carpz. de Feud. D. 3. th. 18.* cum donationes etiam ex decreto factæ non valeant, *l. f. C. si min. maj. fact. al. sine decr.* Sed hi ipsi tamen rectè limitant (1.) nisi pro pretio ad dissolutionem æris alieni urgentis Subfeudum dederint arg. *l. 12. C. de prad. min. Lud&v. d. l. Beier. ad Schn. D. 3. th. 4.* (2.) necessariò merita singularia remuneranda sint. *Stru&v. S. F. C. 5. th. 4. Beier. d. l. th. 6.* (3.) dignitas Pupilli aut Minoris omninò exigat, ut Vasallos habeat *Vult. l. 1. c. 3. n. 6. Sonsb. p. 6. n. 4.* (4.) si alia etiam necessitas id exigat, veluti quando vim sustinet à prædonibus, nec aliter se & res suas tueri potest, quam Subvasalli cujusdam auxilio. *Boc. de In&est. c. 3. num. 54. § citati a Vult. d. l. Schneid. de F. P. 3. num. 83. adde omnino Dn. Stru&v. d. l.*

§. 36. Secus tamen se res habet in Veteris Subfeudi renovatione, quam Pupillus (idem in *Minoribus*) etiam sine Tutoris (aut *Curatoris*) autoritate ac consensu facere potest, uti communiter statuunt *Dd. per text. 2. F. 3.* quod illustrat *Hotom. Diss. feud. c. 3.* cum, quod non est ipsi non faciunt, sed quod est, rene vent arg. *l. 7. ff. de pecul. Vult. c. 3. n. 7. Rosenth. c. 3. concl. 14. Zaf. p. 5. n. 73. Obrecht. de Feud. l. 2. c. 1. num. 115. Carpz. de F. D. 3. th. 22.* Putamus tamen adhuc distinctionis temperamentò opus esse cum *Lud&v. Syn. Feud. p. 94.* utrum Pupillus vel Minor Curatorem habeat, vel non. Illò casu neq; Minorem, qui Pupillo comparatur *l. 3. C. de rest. in integr. min.* neq; Pupillum sine Tutoris autoritate & Curatoris consensu vetus Subfeudum renovare posse verius est. hoc verò Minorem posse, quia & administrare potest, putamus; & si læsus, beneficiò Restitutionis gaudet. *t. t. ff. de Min. Pupillum non posse arg. l. 5. in f. ff. de R. F.* quia nullo etiam Tutore existente Prætor ejus vices supplet. *l. 7. C. qvi adm. ad B. P. l. 18. in f. C. de Fur. delib.*

§. 37. Puberes sunt vel Minorenes vel Majorenes. Minorenes Subfeudum novum sine consensu Curatorum aut decreto Magistratus non constituere posse probamus arg. eorum quæ dicta §§. *preced.* Majorenes verò, cum gaudeant Intellectu & Voluntate perfectis, si libera eis administratio ob rationes quædam speciales non sit interdicta, quin subinfeudandi habeant potestatem, nemo in dubium vocabit, cum quilibet sit rerum suarum Moderator & Arbitr *l. 21. C. Mand.*



vanquam Obrecht, de Feud. l. 2. c. 10. n. 5. in Subinfeudante requirat, ne sit jam
feno confectus, vel alia ex causa ad relinqvendam Sobolem ineptus cum Hartm.
Pist. & aliis ab ipso alleg. de quo vid. infra §. 28.

§. 38. Quoad statum civilem seu *adventitium* (uti eum denominat *Pu-*
feud. d. O. H. & C. l. 2. c. 2 §. 1.) sunt vel Domini vel Servi; in his locum habet
Jus commune; vel Patresfam. vel Filiifam. Hi cum in re feudali plenum habeant
dominium, nec Ususfructus ad Patrem pertineat, secundum ea, quæ habet *Stru&*,
S. I. F. c. 5. th. 15. Lud& S. F. p. 120. Finckelth. D. 5. th. 20. rectè subinfeudant, eo-
rum conditione, hic nihil obstante *N. 117. c. 1. l. 7. C. de bon. q&a lib. Carpz.*
D. E. 3. 1. 9. etiam absq; decreto, quod in immobilibus requirit *l. 3. C. de his q&i*
Gen. at. impetr. cum alienatio etiam absq; decreto secundum liberam voluntatem
eam non revocantis subsistere possit *Dn. Stru& d. l. p. 159.*

§. 39. Porro secundum hunc statum alii sunt Clerici, alii Laici. Inter
Clericos eminet Præsul ille Vaticanus, cujus quidem nullain Libris Feudorum
fit mentio, appellatione tamen Archiepiscopi comprehenditur *c. in tantum dist.*
21. junct. 1. F. 3. Bocer. de q&al. & diff. feud. c. 2. n. 5. Is equidem, cum omnium
Ecclesiarum dicatur esse Dominus secundum *Matth. de Affl. ad 1. F. 1. n. 16.* ita, ut
cum omni Prælato in potestate & Jurisdictione concurrat *c. patet. c. nemo. c. cum-*
eta 17. causa 9. q. 3. & res Ecclesiarum non infeudari solitas infeudet *arg. c. 2. Verf.*
præter hæc de sent. & re jud. Lud& S. F. c. 5. p. 97. rectè subinfeudare potest,
etiam tanquam Vasallus Imper. Rom. ut eum vocat *Bodin. 1. de Rep. c. 9. per R. N.*
d. Anno 1500. 111. wie man mit dem Pabst pr. & §. 1. quod & ex ipsis Pontificum as-
sertionibus deducit *Carpz. de Leg. Reg. c. 2. sect. 5. 6. 7. confer Schnob. d. 3. th. 10.*
ibiq; Beier. Secus atq; Bellarminus *lib. ult. de Pontif. c. 5. Baron. in Annal.*
passim volunt, qui morbo potius animi, quam recto judicio asserunt, Imperatorem
esse Vasallum, cum potius (si quidem *Vasalli* voce hic utendum) res inverso modo
sefe habeat: nec enim admitti potest Clemens V. qui in arrogandâ alterius Jurisdi-
ctione sibimet ipsi blanditur *in Cl. un. X. de Jurej. Reinke de R. S. & E. 1. cl. 2.*
c. 5. per tot. vid. de sententiæ hujus nullitate *M. Antonius Marcellus*, Venetus Pa-
tritiis & Senator *Libro de seculari Jure Pontificis Rom. factâ per singula regna in-*
ductione; celeberr. Conring. de Fin. Imp. c. 22. 23. Cl. Funcc. Præceptor olim meus
non sine laude nominandus *in Bre&. Hist. Pol. p. 2. p. 11.*

§. 40. Reliqui Clerici in Feudo seculari (qualia habent ii, qui in nostro
Imperio Statibus Imperii associati & Statibus sunt exæqvati, quos recenset *Beier.*
ad Schnob. D. 3. th. 11.) rectè subinfeudare possunt *arg. 2. f. 3. & 35. pr. confer Zas.*
p. 5. n. 55. idq; indistinctè & absolutè. *Vult. l. 1. c. 3. n. 10.* quoad hæc enim pro
Laicis habentur, neq; Ecclesiæ Privilegiis sed Jure communi utuntur. *Schrad. de*
Feud. p. 4. c. 3. n. 2. In feudis etiam Ecclesiasticis subinfeudare poterunt absq;
Prælati consensu *Stru& S. I. F. c. 12. th. 10. in fin.* vid. infra §. 77. ut & citra solen-
nitates canonicas, quæ alias in alienatione rerum Ecclesiæ adhibendæ *c. nulli X. de*
bon. Eccles. non alien. cum id tantum, quod in Feudum semel destinatum, ulterius
concedatur *Gast. 2. O. ult. Grav. concl. 161.* quanquam hic omnino ad officium Sub-
infeudantis pertineat, ut dispiciat, an magis expediat Ecclesiæ, an minus. *Boc. de In-*
vest. c. 3. n. 55. in f. Rosenth. c. 4. concl. 22. qui de Episcopo Monasteriensi refert,
quod

quod jurare teneatur, se nolle Feuda majora Ecclesie aperta sine consensu capituli summi templi reinfeudare.

§. 41. Inter Laicos eminet omnis Dignitatis ac Nobilitatis Fons, Imp. Rom. qui, quin alterum subinfeudare possit, dubio caret arg 1. F. 1. § 1. F. 14. conf. Vult. de Feud. l. 1. c. 3. n. 13. Rittersh. Part. feud. l. 1. c. 5. q. 15. Bocer. de Invest. c. 3. n. 95. nisi id vergat in detrimentum Imperii, utpote quod esset contra ejus officium Zas. p. 5. n. 95. & quidem sine consensu Electorum, qui alias in infeudatione bonorum Imperii est necessarius. Capit. Caroli V. §. zu deme und insonderheit Ferd. I. eod. §. Maximil. d. §. Leopoldi I. d. art. zu deme und insonderheit Limn. ad d. cap. Caroli V. art. 9. Voce sämtlich / cum consensus iste necessarius tantum sit in bonis Imperio apertis, quæ non facile reinfeudantur, ut vires capiat ararium Imperii vid. Capit. Leopold. art. 30. Verb. die sollen und wollen wir ohne Vorwissen &c. Dn. Struö. S. I. F. c. 5. aph. 6. Gockel. de Europ. Regib. c. 7. n. 11. p. 424. Rosenth. de Feud. c. 10. concl. 11. n. 11. Reinking. de R. S. § E. l. 1. cl. 2. c. 9. n. 164. ibiq alleg. Goldast. Ehrenbach de Princip. § Statib. Imperii p. 3. c. 91. §. 18. p. 797. ibiq alleg. Syst. Jur. Publ. Dn. L. Scharfchm. p. 275. non Imperatori propriis, ad quæ consensus iste minimè trahendus videtur.

§. 42. Sed hic quæ. an Majestas possit cogere cives suos, ut subinfeudent? Distinctione opus est. Simpliciter enim cum Machiavellistis ex Sam. 1. c. 8. §. 11. seq. § l. bene à Zenone C. de quadr. prescript ubi Imperator omnia bona sua esse dicit l. 9. ff. ad L. Rhod. de Fact. ubi totius mundi Dominum se vocat Imperator, de cujus etiam voluntate disputare sacrilegii instar fit l. 3. C. de crim. sacril. id asserere, ab humanitate & omni ratione abhorrere judicamus arg. 1. F. 7. § l. 3. C. de resc. vend. l. 5. C. de rescoc. don. Molin. d. I. § I. Tr. 2. D. 174. Rumel. ad A. B. diff. 4. th. 11. excederet enim sic terminos Justitiæ, & nomine suo se redderet indignum Perez. ad C. l. 10. t. 5. secundum vulgatum illud: die Kaysersliche Hoheit erstreckt sich nicht zur Unbilligkeit. Sanè in omnibus rebus tolerari potest, ut potior sit conditio Principis, præterquam in solâ Justitiâ, quam prorsus æqualem esse inter Principem & Remp. opus est. Arum. Disc. Acad. 7. Optimè hanc in rem Seneca l. 7. de benef. c. 4. Ad Reges potestas omnium pertinet, ad singulos proprietatis. Notum exemplum Achabi ex 3. Reg. 21. §. 14. § 4. R. 9. §. 24. junct. Ezech. 46. §. 13. Id quod reputantes nonnulli vocabulum Domini eminentis esse ambitiosum, quò mali Principes ad dissipandas Subditorum facultates abuti possint, judicant (quanquam non sine confusione ejus quod fit per se & per accidens) vid. Dn. Sim. ad Grot. l. 2. §. 2. Pufend. L. N. § G. 8. c. 5. n. 7. alii, ut quomodo cumq; id emolliant, communi Imperii voce defungi maluerunt, eò, quod Princeps ad refusionem pretii teneatur, & sic obligatio tantum suspendatur, non tollatur, quod alias fieret per dominium Joh. Schilt. Man. Phil. Mor. ad IPr. p. 353. Bacl. ad Grot. p. 121. ubi tamen parum interesse judicamus, utrum particulam illam Juris Majestatici Imperium adjectâ objecti determinatione, an dominium speciali nomine vocites, re semper eadem. Certè particulam illam peculiari insignire nomine non indignum est Philosopho Pufend. d. l.

§. 43. Concedimus tamen id Majestati vi hujus domini eminentis (seu Imperii propter salutem publicam instituti) si evidens Reip. utilitas ac necessitas id exigat

fit jam
Hartm.
nat Pu
n habet
nabeant
Struö,
nt, eo
Carpz.
bis qvi
ntatem
Inter
dorum
m dist.
annium
ita, ut
c. cum
2. Vers.
potest,
r N. V.
cum a
p. th. 10.
Annal.
ratorem
modò
Jurisdi.
1. cl. 2.
tus Pa
gna in
m meus
nostro
Beier.
fer Zas.
im pro
rad. de
at absq;
a solen
X. de
ulterius
m Sub
de In
refert,
quod



exigat eò, quod ei simul omnia concessa intelligantur, sine quibus obtineri bonum commune non potest. *Pufend. d. l. confer Grot. l. 1. c. 4. Conring. Tr. de Fin. Germ. c. 19. n. 2.* lex enim superior, talis sc. Populi, id jubet. Cicero *l. 3. de LL. & Dd. in l. 5. ff. de Pact. Gail. 2. O. 56.* Unde facile patet, Principem ad compensationem damni non obligari *jure stricto*; non enim potestate suâ absolutâ utitur, sed proprio motu excitatâ, sed causa subest potentior, utilitas sc. publica, quæ ista fieri præcipit. Licet itaq; privatis quid adimat, rependet tamen id ex publico, dum totius Reip. salutem procurat; si autem felicitas *totius* Reip. promovetur & *singulis* benè est, cum felicitas ista consistat ex felicitate singulorum. *Beier. ad Schn. d. 3. th. 14.* Manifestissima tamen *æquitas*, quæ publicam causam sequitur, svadet, ut iis à civitate refundatur æstimatio. *arg. l. 13. §. 1. comm. præd. l. 2. C. pro quib. caus. ser. pro prætor. lib. Perez. ad C. d. l. Pufend. d. l. confer. Schrad. p. 4. c. 1. Obrecht. l. 2. c. 3. Lud&S. S. F. p. 106.*

§. 44. Post Imperatorem omnes, qui Feuda aliqua habent, subinfeudare possunt, sive sint juxta *2. F. 10. 1. f. 1.* Vasalli regali & illustri dignitate pollentes, ut Duces, Marchiones, qui vocantur Capitanei Regni vel Regis. *Lud&S. S. F. p. 112.* sive ab his Feuda accipiant, vel etiam à Principe de Plebe, aut parte aliquâ plebis absq; regali dignitate sint investiti, qui dicuntur Capitanei & Valvasores majores in specie *d. 2. F. 10. 1. f. 1. 1. F. 14. 1. F. 17. 1. F. 18.* confer *Stru& S. I. F. p. 90.* quales esse Barones, qui veteri Idiomate dicuntur *Bannern Herren* / de quò vide *Burgold. N. R. 1. p. 1. d. 20. membr. 2. Gastel. de Stat. Europ. c. 1. in fin.*, existimat *Obrecht. l. 2. §. 3.* sive sint Valvasores simpliciter ita dicti *2. F. 10.* (qui dicuntur Valvasores minores respectu præcedentium *1. F. 7.*) & Valvasini seu Valvasores minores (qui *1. F. 7.*) à Majoribus Valvasoribus feuda possidentes *1. F. 14. 1. F. 18. 2. F. 10. Wesemb. d. F. c. 4. Lud&S. d. l.* sive etiam ab his beneficio aliquò afficiantur, qui ordo est ultimus. *Conf. Zas. p. 5. n. 10. Vult. l. 1. c. 4. Rittersh. part. feud. l. 1. c. 5. q. 15.*

§. 45. Hodie postquam Electoribus, Ducibus & Comitibus Provinciæ & territoria quibus præsentem sunt concessa, ut quædam *autonome jous* & sublimi territorii (non Majestatis, quæ Vasallo non competit, nisi alia quoque habeat bona, in quibus Superiorem non recognoscit. *Arum. Disc. A. 17. §. 2. Rumel. ad A. B. p. 3. diff. 2. th. 8. Carpz. d. L. R. c. 10. Sect. 5.*) Jure gaudeant, Subfeuda quædam particularia in prædiis quibusdam etiam absq; consensu Imperatoris constituere possunt. *Rosenth. c. 9. concl. 43. Arum. Diff. ad A. B. D. 2. th. 14. Stru& S. I. F. c. 5. th. 10.* præprimis, quod talia etiam feuda ipsis sint concessa, quæ actu Subvasallos suos jam continent, qui ipsorum tantum consensum in alienatione requirunt. Vid. infra §. 117. Dante enim Imperatore Statibus sua territoria integra, censentur omnia dari juxta Statum præsentem hætenus introductum. *Beier. ad Schnob. D. 8. th. 19.* Unde hoc in passu valet vulgatum illud (quod aliàs cum micâ talis accipiendum *Rumel. ad A. B. d. l. conf. Lud&S. S. F. p. 109. Borch. c. 5. n. 37.* qui magnò errore receptum ait) Principem tantum posse in suo territorio, quantum Imperator in Imperio. *Vid. Reink. d. R. S. & E. l. 1. cl. 5. c. 6. pr.*

§. 46. Idem in specie de Rege Bohem. dicendum inter Electores seculares *primo.* Fuisse enim Bohemiam jam olim Imperii Feudum multi censent tum per *A. B.*

A. B. c. 29. pr. §. c. 7. §. ult. c. 25. §. Darum wollen wir, tum exemplis Investiturarum moti v. g. Ottocari, qui Rudolpho I. Habsburg. homagium praestiterat, de quo Buxi. ad A. B. th. 88. & quod Anno 1547. Ferdinandus Rex Proceras Bohem. adversus Saxonem vel eod. nomine excitarit, quod essent Caesaris beneficiarii. Sleidan. Comm. l. 18. in f. Sed quicquid hic de antiquitate sit, hodie certe, quin aequè ac Electoratus ac Feuda Statuum alia Imperii sit Feudum, dubio caret per text. A. B. t. 8. l. 27. pr. & praep. Const. Imp. Caroli IV. de Electione Regis Bohem. ap. Goldast. T. 1. Const. Imp. R. I. Maximil. I. sub rubr. wie man mit den Königen. id quod & Vassallagium à Matthia I. Ungar. & Bohem. Rege in requisitione Investiturae Imperatori Rudolfo I. oblatum anno 1611. satis testatur: verba ejus refert Carpzov. de L. R. c. 5. sect. 11. per tot. confer Reink. de R. S. §. E. l. 1. cl. 2. c. 7. n. 57. §. l. 1. cl. 4. c. 3. n. 46. & si exempla Subfeudorum à Bohemo dependentium desideras, adi Sprenger. Inst. J. P. l. 3. c. 4. p. 388.

§. 47. Neq; aliud quid obtinet in Baronibus arg. 1. F. 1. qui moribus nostris, nisi quod praecedentiâ inferiores sint, aequiparantur Comitibus; simul enim cum Comitibus in eodem scamno sessionem in Comitibus habent. Apud Italos quoque Ducum nomine veniunt, Limn. d. J. P. c. 5. Reink. d. l. 1. cl. 4. c. 15. n. 31. Schrad. p. 10. sect. 1. n. 23. Zaf. p. 5. n. 29. Unde & eos quasi Pares dictos existimat Vult. c. 4. n. 14. Hi inquam poterunt Feuda sua aliis concedere ex eadem, quâ Comites & alii potestate.

§. 48. Imo & nobiles Imperii immediatos, Germ. die unmittelbare freye Reichs-Ritterschafft/ alias Reichsfassen/ it. Reichsfreye und HochEdelgebohrne vulgariter die freyen Francken / eadem gaudere potestate dubium opinor non erit, ubi illud imprimis venit in quaestionem, utrum immediati aliquid detrahatur, si Subfeudum à Principe quodam Imperii recognoscant? Quod neg. quia, qui ab altero Feudum recognoscunt, ejus tantum fiunt Vassalli Lehleute/ non autem Subditi vel Statûs provinciales Landsassen vid. infra §. 64.

§. 49. Deniq; nil refert, utrum Subinfeudans in dignitate aliquâ sit constitutus, an non 2. F. 3. §. ceteri, sed quilibet, etiam privatus, ignobilis ac rusticus Subfeudum dare potest. Vid. Rosenth. e. 3. concl. 2. Bocer. de Inq. c. 3. Zaf. p. 5. n. 31. Schrad. p. 1. c. 1. Rhet. Comm. l. 1. Jur. F. p. 125. Dissentit Duar. in consuet. Feud. 6. n. 2. Fachin. 7. contro. 74. Bonac. Theol. mor. T. 2. Diss. 3. q. 8. punct. 3. qui facultatem Infeudandi dignioribus tantum tribuunt. Idem vult Curt. Jun. p. 2. n. 12. §. Tabor Ichnogr. doct. feud. p. 1. n. 24. qui restringit, si consuetudo regionis id ferat. Verum enim verò si adeamus 2. F. 3. p. 2. nihil aliud in Infeudante requiritur, quam ut suorum bonorum habeat administrationem, conf. l. 21. C. mand. l. 2. in f. ff. si à Parent. quis man. habere autem & Vassalinos talem probat 1. F. 7. qui tamen disertè plebeji dicuntur 2. F. 10. Schrad. p. 4. c. 1. n. 57. Zaf. p. 5. n. 3. Borcholt. c. 5. n. 5. Rosenth. c. 3. concl. 2. Bocer. de Inq. d. c. 3. n. 113. Schneid. p. 3. n. 3. Vult. c. 3. n. 14. quibus & competit Jurisdictio, sed talis, quæ Jure Feudali tribuitur, non quæ privatorum consensu constituta, aut Jure Magistratus competit Dn. Stru. c. 5. aph. 3.

§. 50. Haftenus de Personis conferentibus, nunc de acquirentibus seu Subjecto passivo. Dicitur autem illud vulgò Vassallus Vassalli 2. F. 55. §. f. Subinfeudat

C

ineri bo
r. de Fin.
3. de LL.
compen-
tâ utitur
e ista fie-
co, dum
& singu-
chn. d. 3.
adet, ut
ob. caus.
Obrecht,
nfeudare
entes, ut
F. p. 112.
â plebis
majores
2. qvales
Burgold.
recht. l.
lvasores
res (qui
F. 18. 2.
affician-
h. part.
æ & ter-
rojas
quoque
2. Ru-
at, Sub-
eratoris
Stru. &
æ actu
one re-
ntegra,
ier. ad
m micâ
n. 37.
quan-
culares
um per
A. B.

feudatus, Subinvestitus, Subvafallus Germ. *Affterlehmann*; sicut & habitò respectu ad primam concessionem, quâ Feuda militiæ causâ dabantur, vocare posses milites *arg. 1. F. 29. 21. pr. 1. F. 27. fideles arg. 1. F. 1. 1. F. 4. 10. C. 2. F. 4. 2. F. 23. clientulos 1. F. 3. 10. quia in Domini sui clientelâ esse videntur, beneficiatos arg. 2. F. 55. pr. eo quod & Subfeudum sit beneficium 2. F. 23. item Valvasores, Valvasinos 2. F. 10. 1. F. 7. confer supra §. 44. Stru&. S. F. F. c. 12. aph. 10.*

§. 51. Acquirere possunt Subfeudum tantùm ii, qui æqvè habiles sunt ad Servitia consveta *2. F. 34. p. similiter. Cum enim Capitanei & Valvasores, majores quantum ampliora habent Feuda, tantò majori cum apparatu Servitia exhibere teneantur, & verò, ut hæc eò felicius ac facilius præstent, Subinfeudatio ipsis sit concessa, omninò requiritur, ut Subinfeudandi æqvè saltem, si non æqvè magis idonei sint ad serviendum: quippe si Subinfeudatio in minoris & deterioris conditionis Vafallum fieret, maximum inde ad Dominum redundaret incommodum Curt. p. 4. num. 83. Lud&. Syn. p. 317. Schrad. p. 8. c. 2. n. 13. Stru&. d. l. p. 448. Habilitas igitur ista æstimanda est ex aptitudine ad Servitia, non ex dignitate, nobilitatè aut aliis cum Vafallo æqipollentiis; cum & jam olim Capitanei Regni inferioribus Valvasoribus & hi Valvasinis feuda concesserint. vid. supra §. 44. Meritò inde excluduntur Infantes, Infantix proximi, Pubertati proximi, fæminæ, furiosi, prodigimè carpti, surdi, cæci, claudi &c.*

§. 52. Limitationem tamen hæc recipient in feudo franco (*Frey. Lehn*) it. ad certum servitium concessio seu conditionato, quod fæmina, minor &c. decenter potest obire, in feudo censuali *Zinslehn* & quod ab hæc differt, feudo rustico vide infra §. 88. Dominus enim servitia planè remittens, aut servitio tali, ad quod & imperfectæ habilitatis homines sufficiunt, aut etiam pecuniâ contentus, minores, fæminas &c. in Feudum admittere censetur: quia & removet id, quod ipsos excludit; & ipse secundum naturam sexûs aut ætatis &c. possunt præstare, quæ Feuda ista requirunt. *2. F. 114. Conf. Vult. l. 1. c. 9. n. 47. C. 56. H. Pist. l. 2. q. 34. n. 32. Carpz. P. 3. c. 28. d. 12.*

§. 53. Sed quid dicendum de fæminis amazonibus, quæ armis assveta & ad servitia militaria exhibenda habiles sunt, num & hæc Subfeudum, in quò Servitia præstanda, acquirere poterunt? Ita quidem infert *Ifern. 12. c. 1. ad Success. Feud.* cujus tanta aliàs est autoritas, ut Feudistarum Evangelista audiat. Verùm, cum fæminæ ab omnibus officiis virilibus removeantur *l. 2. ff. de R. F.* quæle & officium est militare, dominus ejusmodi fæminas contra sexus sui naturam ad Servitia habiles adhibere vix poterit, ne amazonibus diu hodiè desitis ex orco quæ eas revocare videatur, ac ad arma turbis ciendis aliàs aptæ mulierculæ alliciantur; perniciofa enim, certè periculosa *γυναικονομία*. & *Beier. ad Schn. d. 6. th. 25.* cui accedit, quod secreta Domini ob levitatem connatam retinere, vel consilio ei adesse nequeant. *confer. 2. F. 36. Verb. quia servare non valet; sic dicimus C. in fæminâ &c. 2. F. 11. Vers. ad filias. 1. F. 1. §. 3. 1. F. 8. H. Pist. l. 2. q. 34. n. 25. Vult. l. 1. c. 9. n. 39.*

§. 54. Nova tamen hic exurgere videtur limitatio in Fæminis Illustribus (idem fortè in Minoribus etiam *Viris* procedet) ut Reginis, Abbatissis, Ducissis, &c. Etenim cum & illustres masculi vix serviant nisi per Substitutum, & Domini conditio ne quicquam exinde deterior, dum servitia æqvè ipsi præstantur, reddatur, non

non video cur non Subfeudi acqvisitio etiam hisce sit permittenda. Est enim certissima Juris Regula: ubi eadem ratio, ibi idem Jus *l. 32. ad L. Aqvil. l. 27. §. 2. ad L. Ful. de Adult. l. 9. §. 2. de Edend. l. 5. §. f. naut. carp.* Sed hic eadem subest, unus etiam idemq; effectus expectandus: nisi velis in levitate mulierum tanquam ex scirpo nodum quærere, quem tamen facile solvent, quod & feminae, praesertim illustres, haut raro viros in multis superent. *Arum. D. 3. th. 23. Zas. P. 5. n. 65. Vult. c. 4. n. 5.*

§. 55. Illud hic nihil interest, utrum quis sit sui vel alieni Juris, modò ad Servitia obeunda sit æquè habilis. Hinc Filios rectè Subfeudum dari posse nulla est dubitatio per text. in *l. filius. 39. ff. d. O. & A. Vult. c. 4. n. 8. Schrad. p. 4. c. 3. n. 7. Borch. c. 5. n. 47.* adeò ut *Hanneton. ap. Lud&V. S. F. p. 119.* existimet, etiamsi Dominus in conditione Filiifam. erraverit, eum tamen errorem Investiturâ factâ non obesse, cum melius quam Pater servire possit. Patri tamen Ususfructus non acquiratur. *arg. 2. F. 23. & auth. excipitur C. de bon. q&a lib. Zas. p. 5. n. 64. Borch. c. 5. n. 48. Obrecht. l. 2. c. 2. n. 41. Vult. c. 4. n. 8. Rosenth. c. 2. concl. 14. num. 13. Schulz. S. F. c. 5. n. 12. Schrad. p. 7. c. 6. Finckelth. d. 5. th. 20. Stru&. I. F. c. 5. th. 15. in fin.* est enim aut peculium adventitium irregulare secundum *Rittershus. P. F. l. 1. c. 6. q. 7.* aut sanè valdè conforme castrensi *Beier. ad Schn. D. 3. th. 21.* quicquid etiam hâc in parte dicant *Curt. p. 3. n. 47. Niell. D. 2. th. 5. l. d. Somb. p. 7. num. 8. Fachin. 7. contr. 77.*

§. 56. An verò Filio à Patre Subfeudum dari poterit? Videtur id omninò affirmandum, quia Pater tanquam Vasallus in feudo suo disponere pro lubitu, ac quemvis habilem subinfeudare potest. Jam si licet extraneum assumere, cur non multò magis Filium? Idèq; adeò verum esse puto, ut, si Pater plures habeat Filios, uni ex illis id assignare possit, ut reliqui facto Patris contravenire nequeant, sive feudum illud sit novum, sive antiquum, sive ex pactò & providentiâ sive hereditarium, cum ubiq; Filii veniant beneficio Patris, cujus factum præstare tenentur. *Vid. Ord. Torg. de Anno 1583. tit. Welcher Gestalt die Ugnaten §. sehen / ordnen und wollen denmacy.* nisi Feudum novum non solùm Patri, sed simul quoq; Filiis in specie horum nominibus in literis Investiturarum expressis, vel saltem contemplatione filiorum Patri fuerit concessum. *Vid. Carpz. 2. C. 48. d. 9. 10. Hartm. Pist. 2. q. 4. n. 86. & 88.* Non obst. quod hoc videatur in donationem incidere, quæ inter Patrem & Filium prohibita. *Lud&V. S. F. p. 119.* Resp. enim Feudum esse instar *peculii castrensis*, ad quod constituendum Pater validè donat *l. 11. ff. de pecul. cast.* deinde nec omne feudum per donationem constituitur. *Beier. ad Schnob. D. 3. th. 5. Vid. supra §. 26.* Sic exemplum exstat in Carolo V, qui ducatum Mediolanensem Imperio apertum Filio suo Philippo concessit. *Rumel. ad A. B. Diss. 7. th. 11.*

§. 57. Occasione hujus etiam hic quær. An Socer Genero possit in locum dotis Subfeudum concedere? Pater equidem in genere alimenta liberis dare obligatus est, & in specie Personis ad Feudum capiendum inhabilibus alimenta *Unterhalt / Uliuent / Zucht & Lder* ex Feudo debentur. *Carpz. Tr. de Jur. Fam. dec. 5. pos. 1. n. 24. & Dec. 8. pos. 10. n. 17.* adeoq; si præter feuda nulla possideat bona, videtur utiq; permittendus in supplementum ex his dotare. *Carpz. d. l. n. 23. & 4. Resp. 65. add. Hartm. Pist. l. 2. q. 37. n. 4. & q. 38. n. 41.* attamen ea non ex ipso Feudi

Feudi corpore, sed & fructibus ejus præstanda *arg. 2. F. 9.* Licet enim dos certis casibus redeat ad Patrem constituentem, quia tamen dos proprium mulieris patrimonium efficitur *l. 3. §. 5. ff. de Min. l. 14. ff. ad L. Falc.* & hinc ap. eam, cui semel in legitimam imputari cepit, maneat *Beier. ad Schn. D. 9. th. 4.* cum utili Vasalli Dominio stare non potest, sed eum potius ut alia Feudi alienatio Feudo exuit *2. F. 52. vid. Dn. Struë. S. I. F. c. 12. th. 5.* Olim tamen id in Germ. passim fuisse receptum adeò, ut vix familiæ illustres conservari potuerint, testatur *Beier. ad Schn. d. l. th. 23.* hodiè notum est dotalitium.

§. 58. Aliter se res habet in Marito à Muliere feudum in dotem acceptante, quippe Mulier Marito id dare non prohibetur *2. F. 13. 17.* sicut & Usumfr. marito asserre potest *l. 6. C. de Usufr. l. 7. §. 2. ff. de Fur. dot. Myns. Cent. 4. c. 86. Zas. p. 9. n. 7. Rittersb. Part. feud. l. 2. c. 3. q. 27.* Accedit, quod Domino Feudi hæc constitutio pro fit potius quam noceat; quippe cui servitia fiunt certiora, dum pro inhabili capacem magis accipit Vasallum: dummodò tamen æstimatum non detur *arg. l. 10. §. 4. & 5. ff. de Fur. dot.* quia sic perpetuò transferretur, nec cum pacto de lucro dotis *arg. 2. F. 13. Niell. D. 6. th. 6. l. g. Rosenth. c. 9. concl. 9. Struë. S. I. F. c. 13. th. 6. Schnob. D. 3. th. 4.* Maritus verò Feudum istud dotale sub-subinfeudare prohibetur, *arg. l. un. §. 15. C. de R. U. A. pr. Inst. q. 8. b. al. licet vel non. t. t. de fund. dot.*

§. 59. Jam quid in Clericis obtineat, videamus. Inter illos eminent Papa (quod nomen omnibus quondam Episcopis commune *gl. ad c. 15. dist. 18.* in signum singularis eminentiæ assumpsit *Beier. ad Schn. D. F. 3. th. 11.*) quem Subfeudum acquirere posse ab Ecclesiis & Principibus secularibus, sive illum ut Ducem ac Principem Italiæ, sive ut Pontificem summum consideres, putamus *Sonsb. de Feud. p. 7. n. 1. Schulz. S. F. c. 5. n. 15. Zas. p. 5. n. 73.* non secus ac Imperator v. §. 41. Sic posset eum Hisp. (*si vellet*) subinfeudare in Ducatu Mediolanensi, quem tenet tanquam Imperii Vasallus; quod tamen ob rationes Politicas vix expectandum, confer omnino *Cl. mei Funcc. Breë. Hist. Pol. p. 2. pralim. c. 1. q. 10. p. 10.* item, Venetiæ, Mantua, Parma, Ravenna, Pisa, Luca, Genua, quas etiam si exemptionem è constitutione Imp. Friderici I. de Paco constantiæ & titulò emtionis prætendant, feuda tamen Imperii esse docet *Carpz. de Leg. Reg. c. 7. Sect. 7. add. Contr. Tr. de fin. Imp. c. 22. 23.* sicut & Dux Florentiæ ratione Filaterri & Marchionatus Lanugianæ Imperii est Vasallus. *Funcc. d. l.* An verò ab Imperii nostri Principibus Feudum accipere possit citra omni superioris aut totius Imperii præjudicium, merito in suspenso relinquimus.

§. 60. Proximi à Papá sunt Archiepiscopi, quales in Imperio nostro præter tres Electores Ecclesiasticos duobus plures hodiè non sunt. *vid. Dn. L. Scharfchm. S. I. P. c. 24. p. 159.* item Principes simplices Ecclesiastici, ad quos referuntur Abbates Principes, *gefürstete Aebte* / non adeò regalibus & voto Episcopis dissimiles: qui, cum sint status Imperii & ratione Episcopatum Regalibus ab Imperatore donati, hincq; non tantum ut Episcopi, sed ut Principes seculi participes considerandi veniant *A. B. c. 1. pr. c. 2. & 3.* ubi sæpè vocantur Principes & cives Imperii *Gastell. de statu Europ. c. 15. ibiq; alleg. p. 464. & 534. & 853. Dn. L. Scharfchm. d. l. merito* Subfeudum acquirere possunt sive seculare, sive Ecclesiasticum. Quorum etiam spectant

Spectant Episcopi postulati, Postulirte Erzund Bischöffe / quales sunt Episcopi Aug.
Conf.

§. 61. Idem iudicium esto de Abbatibus, quorum major est dignitas, quam olim, ubi non post Episcopos numerò ponebantur *c. 5. dist. 93.* cum hodiè nemo possit esse Abbas, quin sit Presbyter *c. 1. X. de atat. & qual. & ord. pres.* quorum plerique Principibus exæqvati e. g. Fuldenfis, qui non tantum totius Germaniæ & Galliæ se Primatem inter Abbates scribit, sed & insuper ut Imperatricis Consiliarius in Comitibus ad pedes Imperatoris sedet. *Spreng. Inst. J. P. l. 3. c. 11. num. 1. Beier. ad Schn. D. 3. th. 11.* Quibus Abbatibus, cum in administratione rerum secularium æqvivalentur Abbatibus, idem etiam circa has statuendam, vid. *Rosenth. c. 4. conclus. 18.*

§. 62. Quoad reliquos Clericos distinctione opus erit & ratione *Objecti & Subjecti*. Aut enim Subfeudum Clerico constituitur à Clerico in feudo Ecclesiastico, & valet Subinfeudatio, cum ejusdem sit conditionis Subvasallus; aut constituitur à Laico in feudo Ecclesiastico, & Clericus Subvasallus esse nequit, nisi servitia sint remissa, cum miles Christi miles seculi esse nequeat *2. F. 21.* aut constituitur à Clerico in feudo seculari, & potest fieri Subinfeudatio ob dictam æqualitatis rationem, aut constituitur à Laico in feudo seculari, nec valebit ob inæqualitatem, nisi forte sit Subinfeudandus Eques sacri Ordinis, ut sacri Johannis &c. qui magis etiam quam Laici Vasalli ad militandum obstricti sunt. *H. Dist. P. 2. q. 33. n. 22.*

§. 63. Monachi verò Subfeudum acquirere non poterunt, quippe ex sua personâ, tanquam servi, inhabiles sunt. *Everh. in Top. loc. à serv. ad Monach. & feudum Monasterio (possessionum capaci, qualia non sunt Franciscanorum Minorum & Capucinatorum, qui nullum rerum dominium habere possunt. Beier. ad Schn. D. 3. th. 24.) acquirunt arg. auth. ingressi C. d. S. S. Eccles. Nov. 5. c. 5. junct. 2. F. 3. Rosenth. c. 3. concl. 4. Vult. c. 4. n. 9. Sonsb. p. 7. n. 23.* transferretur autem sic Subfeudum in Manum mortuam, & domino spes eventuræ consolidationis per a-mortizationem, quam vocant, adimeretur, id quod hodiè moribus & Statutis passim interdictum, & in Camerâ receptum *Gail. 2. O. 32. n. 5. & 7.* sicuti & jam olim Statûs August. Conf. in Bohemiâ à Rudolfo II. Imp. efflagitarunt, ne Ecclesiastici bona soli acquirerent. *Thuan. Cont. ad ann. 1608. Beier. ad Schnob. D. 3. th. 25.* quod idem Veneti, fremente licet Papâ introduxerunt, referente *Cl. Dn. L. Menck. Moral. Prof. Publ. in Lect. Hist. privat. ad ann. 1606.* Excipe: nisi Monachi tantum intuitu sit datum; tum enim ad vitam ejus feudo frui posse putant. *Ludov. Syn. feud. c. 6. p. 126.*

§. 64. Laicos quod spectat, etiam hic superior ab Inferiore rectè Subfeudum accipit. *arg. c. ex facto 2. F. 100.* Sic Imperatorem à Marchionibus, Ducibus, Comitibus &c. Feudum accipere posse, non quidem ut ipse juret servitiisque præstet, sed ut aliorum vicariâ utatur operâ, probant *ex d. c. ex facto & arg. l. 21. C. de Epis. & Cler. Arum. D. 3. th. 40. Sonsb. de F. p. 7. n. 1. Schrad. p. 4. c. 3. n. 8. Schulz. S. F. c. 5. n. 15. Rittersh. part. l. 1. c. 6. q. ult. Zaf. p. 5. n. 73. Niell. D. 2. th. 6. l. g.* idemque confirmat *Obrecht de Feud. l. 2. c. 2. n. 12.* exemplò Caroli V. Imp. & aliorum Regum Reges investientium: sicut & egregium exemplum habet *Rhenius Comm. I. F. l. 1. Jur. Feud. n. 8. in fin.* ubi Dominus Vasallum vocat seinen gnädigen Herrn.

Herrn. Neque hæc sunt infra dignitatem Imperatoris, cum nihil de Jure summi Imperii vel Majestate Imperantium detrahatur, etsi imperans feudali nexu alteri sit devinctus. *Grot. lib. 1. de J. B. §. P. c. 3. n. 23.* uti enim obligatio personalis privato non demit Jus libertatis personalis, ita nec Regi aut Populo demit Jus summi Imperii, quæ libertas est civilis. *Grot. d. l.* quippe non simpliciter, sed intuitu saltem ac nomine rei feudalis promittitur præstaturque fides: unde Subditum neminem efficit. *Vid. Carpz. 4. R. 70. Rosenth. 5. concl. 78. n. 5. Math. Steph. de Jurisd. l. 2. p. 1. c. 7. Struvs. S. F. c. 11. aph. 2. n. 2.*

§. 65. Deinde & Electores Subfeuda accipere posse cum ab extraneis, tum ab Imperio subjectis, haut obscure probatur ex *A. B. c. 10. n. 2.* ubi concessum est Regi Bohemæ cæterisque Electoribus, ut à quibuscunque Principibus, Magistratibus, Comitibus & aliis personis, quascunque terras, castra, possessiones sive bona possint comparare, & ex quacunque causâ vel in dominium vel in obligationem recipere, hæc tamen conditione, ut allodialia tanquam allodialia, & feudalia tanquam feudalia teneant. *Buxt. ad A. B. d. l. th. 93. Arum. disc. 5. ad eand. th. 10.* quanquam quid istud privilegium sibi velit, his adhuc sub Judice sit. Conjecturam non contemnendam vide ap. *Rumel. ad A. B. diff. 8. th. 32.* ex Constitutione Ludovici IV. de anno 1338 ap. *Goldast. T. 2. Const. Imp. fol. 86. §. 87.*

§. 66. Ac de Subfeudis quidem, quæ ab Imperio subjectis concedantur, id minus habet dubii, cum clara præstent exempla. Sic enim Electores seculares ab Episcopo Bambergensi bona quædam ad terras Electoratum pertinentia in Feudum recognoscunt; quorum beneficio Episcopus hic ejusdem generis officia h. e. non ut Electoralia, sed ut Episcopalia illis conferre, hi verò certis ex equestri ordine familiis eadem ulterius in Subfeudum concedere, eorumque vicariâ operâ in officiis istis expediendis uti solent: sicuti vice Saxonis fungi Nobilem ab Ebner/Brandenb. ab Rotenhau/Palatini à Pommersfeldern/Bohemi ab Hussias testatur *Carpz. diff. feud. §. quest. annex. 1. n. 37.* ubi simul à *n. 30. seqq.* disputat contra Peucerum, Spaugenberg, Volf &c. existimantes ipsa Electoratus feuda à dicto Episcopo peti propter privilegium ab Henrico II. Imp. Comitatu in Episcopatum mutato ipsi concessum: quippe cum Electoratus & officia Electoralia ab Imperatore ipso concedantur. *A. B. r. 7. exemplò Saxonis ap. laudatum Carpz. adducto.* Quam ipsam tamen quæstionem hic relinquimus suo loco. *Vid. Dn. L. Scharfchm. S. 1. p. 152.*

§. 67. In specie Bohemum quod concernit, Subinfeudatio penes illum ad eò sui valitura momento, ut quamvis privilegio de non evocando pro se, regnicolis ac subditis consuetudine immemoriali obtento & specialiter confirmato *A. B. c. 8.* gaudeat, ratione tamen causæ feudalis ad aliud Judicium extra regnum evocari poterit; non obstante Textus generalitate, es sen in Bürgerlichen oder Peinlichen Sachen oder beyderseits gemischt / oder (sicuti habet versio Germ. ap. *Goldast. T. 1. 1. C. 3. f. 127.*) in welchen andern Geschäften. Cognitio enim causarum feudalium adeò est privilegiata, ut cognitio earundem omnibus aliis adempta esse censeatur. *Schrads. de F. p. 10. Sect. 1. præterquam Judicibus feudalibus 2. F. 55. §. ult. Vers. propterea.* Non potest igitur per hanc constitutionem generalem, quæ nullam causarum feudalium mentionem facit, hoc ipsum privilegium videri sublatum. *Rosenth. S. F. c. 12. concl. 1. §. 3. Buxt. Diss. ad A. B. th. 94. ibique est.* cum verba generalia non

non extendantur ad ea, quæ quis verosimiliter non nisi in specie esset concessurus.

l. 1. C. qvæ res pign. obl. junct. l. 34. d. R. I.

§. 68. Circa reliquos Principes, Comites, Barones (qui duo quoad ordinem tantum differunt *Reink. de R. S. & E. l. 1. cl. 4. c. 15. n. 21.* vid. supra §. 47.) idem venit observandum. Etenim non deesse etiam Principes, qui à nonnullis Germaniæ Episcopis de integris quocumque Comitatus & Baronatibus sint investiti, eosque inter præter Comites etiam aliquot Principes seculares Herbipolensis esse Vasallos scribit *Beindorff. ap. Arum. d. Disc. Acad. 9.*

§. 69. Nec excludi possunt Nobiles, qui in Imperio nostro alii sunt liberi & immediati, die freye Reichs-Ritterschafft confer §. 48. qui novissimâ Leopoldi Capitulatione Comitibus, qui Status Imperii non sunt, etiam exæquantur; verbis: so denn verfügen etc. quæ refert *Beier. ad Schn. D. 3. th. 17.* alii verò Principum, Comitum, Baronum Landsassii. De utrisque enim ubique profare exempla & Historiæ loquuntur & totâ die deprehendimus.

§. 70. De ignobilibus, plebejis ac in specie de Rusticis dubitari posset tum propter *2. F. 10.* ubi plebeji nullum Feudi usum habere dicuntur, tum *2. F. 26. 2. F. 34.* ubi inferioris conditionis Vasallus subinfeudari non potest. Verum enim verò cum inter personas accipientium distingvendum non sit *2. F. 3.* rusticus etiam feudum dare & accipere possit. *Schrad. P. 4. c. 3. n. 7. Zaf. p. 5. n. 68.* rusticus etiam, cæteris paribus, Subfeudum acquirere poterit. Ad opp. *Text. resp. non agi de quolibet Feudo, sed eò, quò Vasallus subinfeudans deterioris conditionis Vasallum substituit. Lud&V. p. 223.*

§. 71. Vidimus Personas, quarum gratiâ omne Jus constitutum esse dicitur *l. 2. ff. de Stat. hom.* nunc res aggredimur. Sunt verò hæ quælibet res in Feudum concessæ, sive totum Feudum absolvant, sive partem aliquam *2. F. 9. pr. Vers. si verò Schnob. D. 8. th. 25.* nam & partes qualitate feudali sunt affectæ, propter quam in Subfeudum concedi possunt juxta communissimam Juris Regulam: Quod Juris est in toto, est etiam in parte *l. 76. d. R. V. l. 27. §. pen. de Pact.* ut adeò in univ. regulæ locò ponendum putem cum *Dn. Stru&. S. I. F. c. 12. th. 10.* Quicquid est concessum in Feudum, potest etiam Subinfeudari. Nolumus ergò hæc transcribere, quæ cum de rebus infeudandis, tum de variis Feudorum divisionibus passim ap. Feudistas invenire licet, sed ea tantum attingere juvabit, quæ aut dubia sunt, aut specialitatis rationem habent.

§. 72. Primum itaque Subinfeudatio fieri poterit in feudo tum nobili, tum ignobili. De hoc judicium fieri potest ex §. 70. de illo not. quod accipientem nequaquam nobilitet (quanquam res ipsa quoad Jura inde competentia, quæ ipsi rei videntur esse quasi connexa, maneat nobilis. *Dn. Stru&. d. l. p. 108.*) nisi Vasallus h. e. persona conferens & voluntatem nobilem & Jus ex concessione Superioris habeat, quæ Jus habent Principes nonnulli, si *Lud&V. Tr. de Divis. Feud. p. 37.* credimus, quibus hoc ab Imp. concessum est. Est enim nobilitas quædam dignitas, quæ soli personæ propriè inest, quæ item à personâ, non re quapiam dependet, licet mediante re detur *Dn. Stru&. d. l. p. 89. Niell. D. 1. th. 7. Carpz. D. 2. th. 15.* unde fit, ut si quis sine voluntate nobilem investitur, non dicatur Dux aut Comes, sed Possessor Ducatus ein Inhaber oder Besizer, des Fürstenthums oder Graffschafft. *Rosenth.*

ni Im-
fit de-
privato
ni Im-
saltem
em ef-
d. l. 2.
s, tum
m est
tibus,
possiat
re, hæc
alia te-
quid
mnen-
de an-
tur, id
res ab
Feu-
a h. e.
ordine
officiis
adenb.
d. disp.
cerum,
o peti
si con-
cedan-
tamen
am ad-
gnico-
A. B. c.
vocari
nlichen
T. 1.
alium
seatur.
Vers.
n cau-
senth.
eralla
non

Rosenth. c. 2. concl. 2. Carpz. d. l. ut adeo vix sit, ut cum Jacobo de Bellovis. in prelude feud. (cujus auctoritati aliàs in dubio standum esse judicat Marant. in Spec. P. 3. n. 83.) Alvar in proem. feud. n. 12. faciamus, qui cum Feudi nobilis concessione nobilitatem & quidem specie diversam transire volunt, ita ut nobile sit, quod Imperator, minus nobile quod Dux, Marchio aut Comes, aliqualiter nobile, quod hujus Vasallus, & quod Vasalli Vasallus aliis dedit, ignobile dicatur: nam præter sup. dicta magis & minus non variant speciem, sed id tantum agunt, ut una nobilitas sit eminentior altera. arg. l. 75. §. 2. ff. d. V. O. Zas. p. 2. n. 2. Beier. ad Schn. D. 2. th. 11. Ludov. de divis. Feud. p. 36.

§. 73. Quid ergo, si is, qui nobilitandi Jus habet, aliquem subinfeudare velit in Feudo aliquo nobilitatem annexam non habente, an poterit ipsi conferre nobilitatem respectu hujus Feudi? Negat. puto veriore, quia juxta inferius §. 100. dicenda non valet Pactum, quò Jus Subvasalli augetur; auferetur autem procul dubio Vasallo nobili inibi constituto; quippe cum per rem feudalem non tantum nobilitas conferatur, sed & ob nobilitatem collatam respectu ipsius rei Juribus quis fruatur peculiaribus. *Struv. S. I. F. c. 3. th. 8.* Ipsam igitur rei qualitatem Vasallus immutare, aut plus Juris, quam ipse habuit, transferre non poterit. Non obst. quod Superioris conditio melior reddi videatur, dum pro ignobili nobile consequitur Feudum. Resp. (1.) Vasallum, quæ. talem, hanc potestatem rem immutandi non habere. (2.) Licet melior ad ipsum rediret, hætenus tamen, dum Subvasallus eam possidet, deterior est, quippe qui majora propter nobilitatem in eam jura sibi vindicat.

§. 74. De Feudo nobili Regali dubitatur, an in illo Subinfeudatio locum habeat? Dist. an totum Feudum Regale in Subfeudum detur, & illud non licet contra *Rosenth. c. 9. concl. 55. n. 3. Ludov. S. F. c. 15. p. 325.* quia scilicet tale Feudum comprehendit ea, quæ non nisi ab Imperatore concedi queunt *2. F. 10. Schrad. P. 8. c. 2. n. 12. Dn. Struv. c. 5. th. 7. p. 162.* nisi quis plura ejusmodi Feuda possideat, quò casu poterit quoddam in Subfeudum concedere non tamen formaliter & quoad dignitatem, sed effectivè tantum ut Jura feudo jam annexa quoad effectus in possessorem transeant. *Beier. ad Schn. D. 2. th. 12.* Bona verò particularia rectè in Subfeudum dantur, cum rerum singularium dominium directum cum dominio utili totius stare posse putent *Dd. allegati à Frank. Tr. de Laud. c. 14. n. 38. seqq.* atq; exemplò Regis Siciliæ, qui ab Ecclesiâ Romanâ regnum ut Subfeudum possidet, & Electoratuum, Ducatum, in Imperio stabilire conentur. Adde de Würtembergiæ Ducatu *Beier ad Schn. d. l. & confer Strauch. Diff. Ex. 10. th. 2. Dn. Sim. Diff. de Jurisd. territ. c. 4. aph. 7. 8. 9.* ubi latius pertractat, an reverâ Ducatus iste aliqu. fuerit Subfeudum Archiducum Austr. Non obst. quod feuda regalia divisionem non recipiant. *2. F. 55. Ludov. d. l. Resp. enim neg. feudum hoc modo dividi.* Sed & consuetudine aliud est receptum. *Gail. 2. O. 153. n. 2. Borch. c. 7. n. 42. Rosenth. c. 9. concl. 56. n. 5. Schrad. p. 8. c. 2. n. 39.*

§. 75. Deinde Subinfeudatio locum habebit in Feudo antiquo & novo propter text. *2. F. 3. 2. F. 24.* confer *Borch. c. 8. n. 51. Ludov. S. F. p. 324.* ad illum sc. effectum ut in feudo antiquo succedant omnes etiam collaterales, in novo descendentes tantum *2. F. 11. 2. F. 50.* ubi quæ. an qui Feudum habet novum, possit alicui id concedere

dere in Subfeudum antiquum? quod neg. quia Subinfeudatio debet fieri iisdem pa-
 ctis & conditionibus h. e. Jus Vasalli minimè augmentibus. Habet enim Subfeudum
 constituens non plenum rei dominium, sed restrictum: ideò nec poterit pro lubitu
 pacta adjicere & aliis conditionibus Feudum alteri concedere: non obstante, quod
 quilibet, quam velit, legem suis rebus dicere possit *l. 48. ff. de Pact. l. 10. C. eod. & arg.*
l. 21. C. Mand. Id enim tum demum valet, si unius tantum interesse subest, non verò, si
 simul alterius præjudicium veritatur, ut hic, ubi Domino feudi Jus aperturæ citra ipsi
 intentionem prolongaretur. *arg. c. 2. X. de Feud.* ubi Episcopi, Abbates & Prælati alii
 Feudum novum in antiquum concedere non possunt, quia in detrimentum Ecclesiæ
 nihil agere debent. *l. 14. C. de S. S. Eccles. Borch. c. 4. n. 9. Gail. 2. O. 50.*

§. 76. An verò antiquum Feudum licet in Subfeudum novum concedere?
 Aff. quia cessat superioris Decisionis ratio, Domini sc. præjudicium: videtur enim il-
 lud pactum in Domini potius commodum vergere, dum spem Aperturæ facit certio-
 rem. Hinc dicta Reg. de Feudo sub eadem lege concedendo ita capienda, ut prohibea-
 tur eâ pactum, quò Subvasalli Jus augetur, vid. infra §. 100. Secus est, si Subvasallus
 Subfeudum antiquum hæctenus possederit: quò casu illud in renovatione Investitu-
 ræ in novum pactis mutari non potest sine consensu Agnatorum 2. F. 14. cum jus
 ex primâ Investiturâ eis quæsitum 1. F. 14. in vitis ipsis auferri nequeat 2. F. 39. *Gail.*
2. O. 49. Myns. 4. O. 83. Zas. p. 3. n. 4. Curt. p. 8. n. 10. Rosenth. c. 2. concl. 17.

§. 77. Porro subinfeudare licet in Feudo tum seculari tum Ecclesiastico. De
 illo minus est dubii; de hoc verò scrupulum movet *Bald. in 2. F. 40.* qui putat,
 quod non liceat subinfeudare sine Prælati consensu propter favorem Ecclesiarum,
 & quia quod omnes tangit, ab omnibus sit approbandum *l. f. C. de autor. prest.* &
 ut amputeretur occasio malignantium, uti loquitur. Verum, cum Jus feudale indi-
 stinctè loquatur, nec ullam in hâc materiâ quoad feudumulare & Ecclesiasticum
 distinctionem suppeditet, sed potius res Ecclesiæ infeudari solitas reinfeudari per-
 mittat. Ergò & subinfeudare licebit, quia & hoc principali concessioni inest. *Beier*
ad Schn. D. 8. th. 25. confer. supra §. 40. Consuetudines autem feudales ligant et-
 iam personas Ecclesiasticas *Curt. p. 4. n. 83. Rosenth. c. 9. concl. 45. Schrad. p. 8. c.*
2. n. 11. Zas. p. 9. n. 17. Clar. q. 32. n. 2. præprimis cum nullum Ecclesiæ præjudi-
 cium afferatur; quia feudatarius, Ecclesiæ concedens feudum alteri Ecclesiæ non de-
 finit esse Vasallus Ecclesiæ, sed acquirit sibi alium Vasallum in commodum Ecclesiæ,
 uti loquitur *Curt. d. 1. vid. Ludov. 3. F. p. 315. Struv. S. I. F. c. 12. aph. 10.* Et quid
 quæso in Imperio nostro ditiones Archiepiscoporum, Episcoporum &c. qui Papa-
 tui adherent, sunt aliud, quam quantum ad dignitatem Ecclesiasticam Subfeuda à
 Papâ, cui id à Principibus indultum, concessa. *Conf. Beier ad Schn. D. 2. th. 13.* i-
 mò manifestius id fit in Episcopatibus, ubi certa prædia mensæ Domini deputata,
 reliqua Vasallis dari solita deprehendimus. *Id. ad D. 8. th. 29.*

§. 78. Hâc occasione etiam de decimis dispiciendum, an scilicet in Subfeu-
 dum concedi possint? Ubi quidem diversa distingvenda veniunt tempora. Nam an-
 te Concilium Lateranense Laicus habens decimas (quas, quâ occasione acceperint,
 exponit *Dn. Struv. S. I. F. p. 177.*) in Subfeudum eas non tantum alteri Laico con-
 cedere prohibetur, sed & alii Ecclesiæ vel Clerico *c. 39. q. 7. XVI. junct. c. 7. de his*
quæ sunt à Prælati c. 14. c. 26. c. 33. in f. de decim. quod sanctius sint Possessionis

D

genus,

vis. in
 n. spec.
 conces-
 quod
 quod
 præter
 nobili-
 Schn.
 feudare
 onterre
 §. 100.
 procul
 tantum
 us quis
 vasallus
 on obst.
 nsequi-
 autandi
 abvasal-
 jura si-
 locum
 cet con-
 Feudum
 d. P. 8.
 eat, quò
 voad di-
 possessio-
 n Sub-
 utili to-
 atq; ex-
 et, & E-
 nbergiæ
 Diss. de
 e aliqu.
 em non
 Sed &
 Rosenth.
 vo pro-
 sc. effe-
 ndentes
 l conce-
 dere

genus, quàm aliæ res ex primævō usu cum aliis hominibus communes. *Gudel. de Jur. no. 11. l. 6. c. 13. Schrad. p. 8. c. 2. n. 17.* At Concilium Lateranense (de cujus origine consule *Beier. ad Schn. D. 4. th. 2.*) ut Ecclesiarum utilitati occurreret, permisit, ut possint in religiosos transferri *c. 2. §. sane de decim. in 6. d. c. 7. de his, qvæ fiunt à prelat.* Pontificemq; ac Prælatos sufficiente ad hoc potestate munitos rectè iterum decimas in Feudum concedere ex *August. Barb. aliisq; probat Dn. Stru&. d. l. Sid. umnino c. 1. de rebus Eccles. non alien.* ut adeò nostri etiam Prælati, Pontificem non recognoscentes, si ex commodo Ecclesiæ id sit, Laicis decimas concedere possint. Neq; obst. ratio *Gudel.* Resp. enim decimas posse dupliciter considerari: vel formaliter, seu quæ salarium sub hâc formâ Ministris Dei præstatur, & sic tantùm spectant ad Clericos, aut materialiter, & sic non repugnat Laicos eas possidere. Conf. *Stru&. d. l. Beier. d. l. Carpz&. Pr. Conf. l. 1. d. 125. Zigl. ad Lanc. Inst. l. 2. t. 26. §. 16. 17.*

§. 79. Subinfeudatio quoq; licita est, si Feudum sit in curte, si extra curtem, quicquid etiam in contrarium dicat *Curt. Jun. p. 4. n. 84. in f. & ex eo Schrad. p. 8. c. 2. n. 18. moti c. 1. §. f. 1. F. 5.* ubi in casibus, in quibus olim permissa erat alienatio, erat tamen prohibita in illis locis, in quibus Domino aliquid Juris remansisset; aut quod Jurisdictionem sibi reservavit, aut quod ibi habebat Curiam. Nusquam enim quæ ad hanc materiam inter Feudum, quod Vasallus habet in curte Domini, vel extra curtem distinguitur, sed Subinfeudatio simpliciter est permessa. *Bocer. D. 16. th. 60. Ad d. c. 1. facile resp. illud loqui de alienatione propriâ & plenâ, qualis Subinfeudatio non est. Rosenth. c. 9. concl. 46. n. ult.*

§. 80. In Feudo tamen ligio, ut tali, Subinfeudatio non valebit, utpote quod nemo concedere potest, nisi qui Superiorem non recognoscit. Id quod ex naturâ ejus facile patet. Cùm enim fidelitas hîc nullò excepto promittatur *Vult. l. 1. c. 8. n. 20.* patet, non nisi supremum Principem siue sit Imp. siue alius superiorem non recognoscens tale concedere posse. *Duar. de Feud. c. 4. Rittersh. Part. feud. l. 1. c. 4. q. 10.* qui verò superiorem agnoscit, Vasallos ligios habere non potest; adeò, ut Imperatorem vel Papam ipso jure exceptum putent. vid. *Lud&. de Div. & s. Feud. p. 73. Carpz&. D. 2. th. 28.* Quod sit tamen Investitura ejusmodi facta sit, improprie dicendum putat *Rosenth. c. 2. concl. 3. n. 6.*

§. 81. De Feudò Fæmineo minor erit dubitatio, quippe cum fæminæ propter sexus fragilitatem & consilii lubricitatem *l. 1. l. 2. §. 2. l. 4. & l. 8. ff. ad Sc. Vellej.* tum & propter publicam honestatem *arg. l. 2. ff. d. R. F.* nisi per Substitutum acceptabilem servire non possint *c. imperialem §. 1. 2. F. 55.* facile illis concedetur subinfeudare, cum id è re earum sit; & Dominus de servitiis reddatur certior: quippe cui Subvasallus propter Juramentum, quò Dominæ obstrictus est fidelis futurus præsumitur. *arg. c. & alia 2. F. 3. Lud&. Tr. d. Div. & s. Feud. c. 4. reg. 2. p. 95. confer supra §. 33.*

§. 82. Neque etiam Feudum hereditarium (qualia omnia esse in Lotharingiâ testatur *Beier. ad Schn. D. 2. th. 32.*) respuit Subvasallum: non quidem ex illò fundamentò, quòd tam per actum inter vivos, quàm in ultimâ voluntate sine consensu Domini licite alienari possit *c. si quis 2. F. 48. c. si de feudo. §. pen. 2. F. 26. Bocer. de qvæ al. §. diff. feud. c. 5. n. 48. Vult. l. 1. c. 10. Rosenth. c. 9. concl. 40.*

num.

num. 13. Curt. p. 4. n. 141. aliiq; istud enim tantum quoad alienationem testa-
mentariam verum esse patet exinde, quod Feudum in uno improprium in reliq; s
propriam naturam retineat. arg. d. c. si quis 2. F. 48. l. 16. ff. de A. R. D. l. 31. C.
de Transact. ut docet etiam ipse Curt. p. 1. n. 28. Zas. p. ult. n. 3. Schrad. p. 2. c. 4. n. 73.
sed quia hic nullum subest præjudicium aut Agnatorum, qui hic non Jure proprio
sed beneficiò defuncti succedunt, adeoq; liberam ejus dispositionem non infirmare
possunt; aut Domini, qui cum liberam dispositionem concesserit etiam in extra-
neos feudum transferendi; Jus aperturæ simul prorogasse censetur.

§. 83. Feudum Francum quod concernit, jam de eò aliquid diximus §. 52.
& eadem hic, quæ in reliquis Feudis subest ratio; non verò ea, quod hoc Feudum
sine consensu Domini liberè alienari possit, ut iterum putat Curt. p. 8. num. 31.
Illud saltem quæri posset, utrum Vasallus, qui Feudum tenet francum, Subfeudum
sub lege servitiorum constituere possit? Videtur quod non, quia id esset contra
Subfeudi naturam, quæ est, ne aliis conditionibus, quàm quibus ipse habet Vasal-
lus, Subfeudum constituat. vid. §. 96. Verùm id tantum intelligendum esse de
pactò, quò Jus Vasalli augetur, non quò minuitur probat Struë. S. I. F. c. 12.
th. 11. Ludv. Syn. p. 318. & à nobis id deductum est infra §. 100. Affirmativa igitur
prævalet.

§. 84. Idem Judicium capiendum de Feudo censuali seu pensionario, quò
Vasallus loco servitiorum pensionem quandam annuam solvit. Struë. c. 4. §. 10.
Schnob. D. 2. th. 24. idem etiam de feudo conditionato (cujus exempla ridicula in-
venies ap. Sprenger. Inst. J. P. l. 2. c. 41. v. g. offerre alaadam boum curru ve-
ctam, ranis imponere silentium &c.) quò Vasallus ad certa quædam servitia Vasallo
obstrictus est arg. c. Obertus 2. F. 23. in f. 75. §. 89. Zas. p. ult. n. 13. Rosenth. c. 2.
concl. 65. ad quæ expedienda Subvasallo (uti alias regulariter per substitutum ser-
vire licet 2. F. 26. §. si quis decesserit 2. F. 55. Rosenth. c. 8. concl. 33. num 2.) pro
quò præsumtio est, quod propter Juramentum fidelitatis longè fidelius quàm alius
sit militaturus arg. 2. F. 3. confer §. 81. uti licebit, nisi electa sit industria personæ
vel officium feudo adhærens ejus præsentiam exposcat. Rosenth. d. l. quale est il-
lud 2. F. 2. in f. ut Vasallus festis diebus officii causâ uxorem Domini sui in ædem sa-
cram comitetur; Idem etiam in feudo Castrensi, Burglehn / quod concessum est,
vel ut quis ibi ad defensionem habitet, vel ut ad defensionem succurrat. Rosenth.
e. 2. concl. 78. Schrad. p. 2. c. 4. num. 17. Feudo aulico, Hofflehn; ut v. g. in aulâ
munere Papiferi, Pincernæ, Præfecti aulæ &c. fungatur, sicuti Electoribus certa mu-
nera penes Imp. assignata A. B. t. 25. quæ tamen (ob aliam rationem) non nisi in so-
lennibus conventibus exercent, aliquando verò per substitutos hereditarios; cotidie
per ordinarios aulicos, qui qf. subfeudi Jure id faciunt. Besold. Th. Pr. Verb. Hofflehn.

§. 85. In Feudo Pignoratitio propter mutabilem ejus naturam Subinfeu-
datio parum proderit. Nam si Dominus pecuniæ summam, quam in Investiturâ ac-
cepisse se fatetur, reddiderit, Jus Feudi statim resolvitur. Rosenth. c. 2. conclus. 27. §.
c. 6. concl. 80. n. 11. Schrad. p. 2. c. 4. n. 57. Zas. p. ult. n. 33. Ludv. S. F. p. 82.
Schnob. D. 2. th. 25. Struë. S. J. F. p. 4. th. 14. frustranea itaq; foret Subinfeu-
datio, quæ quovis tempore & pro lubitu Superioris esset revocabilis; quanquam &
ejusmodi Feuda à Germ. Principibus aliquando concedi se vidisse testetur Zas. d. l.

del. de
e cujus
urreret,
de his,
runitos
at Dn.
Prælati,
nas con-
er con-
estatur,
icos eas
d Lanc.
e extra
ex eo
permis-
quid Ju-
at Cu-
s habet
citer est
ne pro-
utpote
d ex na-
Vult. l.
eriores
t. feud.
potest;
de Di-
facta sit,
femina
8. ff. ad
er Sub-
cile illis
reddatur
ctus est
nd. c. 4.
otharin-
m ex il-
ate sine
en. 2. F.
oncl. 40.
num.

§. 86. Idem dicendum de iis Feudis Impropriis, quæ maximè personalia sunt, ut sit Cameræ, quod ad dies vitæ assignatur *Schrad. p. 2. num. 24.* (si tamen fortè in perpetuum concedatur, erit Feudum proprium *Struv. d. l. p. 241.*) & sic Subinfeudatio valebit) feudum it. Cavenæ, quod itidem cum personâ Vasalli extingvitur. *Beier. ad Schnob. 2. th. 29.* feudum Gvardiæ, quod elapso anno semper auferri potest *1. F. 2. pr. §. 11.* nisi annus per pactum auctus sit. *Bald. ad 1. F. 2. feudam Castalidis, feudum Soldatæ, quod ob alimenta est personalissimum. Rosen- thal. c. 2. concl. 67.* & tam dantis, quàm accipientis morte finitur. *c. qvi à Principe 2. F. 10.* & Habitationis, quod itidem morte accipientis extingvitur. *c. feudum 2. F. 105. §. arg. l. 10. ff. pr. de usu & hab. Schrad. p. 2. c. 4. num. 49. Zas. p. ult. num. 30.*

§. 87. Feudum tamen Advocatiæ, quod in Germaniâ hodiè est receptissimum, Subinfeudationem recipit: & prostat hujus nobilissimum exemplum in Palatinatu. Exercet sc. Elector Palatinus vi privilegii, deluper cum cæteris suæ familiæ cufis pactis, Protectorium des *Refler Handwercks* (de quò Jure & specialiter cum aliis suis terris & Juribus investitur) ita, ut nullus ad tractum Rheni, Alsatia, Franconiæ artem exercere possit, nisi à juratis Electoris receptus, & in album pro uno & altero nummò transcriptus sit. Hoc Protectorium in Alsatia & Franco- niâ (solo illo ad Rhenum contentus) certis familiis, in specie nobilibus Zobeliis, in Subfeudum confert, teste *Besold. Th. pr. Verb. Refler Schutz.* ubi addit, Figulo- rum patrociniû nobilibus Offenburgis eodem Jure competere, Imò ex *Sprengen- ro Lucian.* adducit ad *Schn. D. 4. th. 14. Beier.* Lanienam Augustæ esse Subfeu- dum Imperii, de quò investitur à Comitibus de Walburg.

§. 88. Feudum tandem rusticum *Hûbgut*/quod differt a censuali, & ita vo- catur non à causa eff. nec subj. sed qualitate, Subfeudum sibi assimilat. Cum enim illud concedatur non ut militi, aut pro servitiis personalibus, sed ut rustico & pro pensione quotannis in pretio modico solvendâ, facilè quolibet etiam Subvasallum pensionem solventem admittet; qualia multa in Westphaliâ dari docet *Linden. Ex 1. th. 47.*

§. 89. Expositis Personis & Rebus Subinfeudandis, ad ipsius Subinfeudatio- nis Formam progredimur, quæ est Investitura (sumto vocabulo pro ipso investien- di actu, ut *2. F. 1. in f. 2. F. 11. 42. §. 33. pr.* qui dicitur aliàs Investitio *1. F. 26. 28. Germ. Belehnung in Const. Elect. 45. p. 2. Kult. 1. f. c. 7. n. 6.*) cum vera tum abusi- va *2. F. 3.* ubi duo veniunt consideranda (1.) Contractus feudalis (2.) Ipsa Feu- di traditio *2. F. 23. 26. Vers. si facta 1. F. 25.* Contractus Feudalis celebratur inter Vasallum & Subinfeudandum per Investituram abusivam, quam facit solus Vasal- lus Subvasallo fidem promittenti, ac fidei promissionem investienti Vasallo per Ju- ramentum (secundum regularem Feudi naturam) confirmanti. *Struv. S. 1. F. c. 8. aph. 3. Frantz. k. Tr. de Laudem p. 214.*

§. 90. Per abusivam igitur Investituram, quæ signò quodam adhibitò co- ram Testibus fit, Vasallus Jus Feudi alicui fidem promittenti quasi cedit. *Dn. Struv. d. l. aph. 5.* ejusq; forma consistit in verbali Subfeudi assignatione & symbolorum il- lud representantium traditione *2. F. 2. 3. Tabor. Ichnogr. Doctr. Feud. p. 1. n. 38.* non enim hic porrectio nudi symboli s. signi sufficit, sed accedat necesse est declara-

tio

tio Domini infigne hoc rei subinfeudandæ causâ intervenire. Secus enim si foret, aliud negotium aliufve actus inde inferri posset. 2. F. 2. pr. arg. 1. F. 25. pr. Obrecht. de F. l. 2. c. 8. n. 35.

§. 91. Signa autem ista non semper certa & definita sunt, sed secundum cujusq; loci mores & consuetudines variant, potiora tamen sunt in feudis Ecclesiasticis Sceptrum, quod Justitiam denotare volunt, armilla, quæ bonorum operum ornamentum significat; pallium, ensis, qui vindictam malorum, & corona quæ multas virtutes demonstrat secundum Matth. de Afflict. in 2. F. 2. rubr. 29. n. 16. 17. p. m. 246. Joh. Anton. de S. Georgio in usu feud. p. m. 227. imprimis quoad minora Feuda chirothecæ, annuli vid. c. 3. Vers. de his quæ fiunt à maj. part. cap. libri & c. in secularibus hastæ 2. F. 2. gladius, osculum, vexillum, faces ardentes, torques, dextra, aut alia levidensia. Tabor. Ichnogr. p. 3. n. 33. qui addit, se in Juventute suâ sæpius Investituras pro Nobilibus à Præfecto principali in Lusatiâ accepisse. n. 39. Sic etiam in aulis nonnullis Principum Imperii Investituram contactu fasciæ sericæ, cui insignia ipsorum intexta, fieri solere nor. Illustr. Gellendorff in Fürsten Staat p. 3. c. 3. n. 3. reg. 4. & de contractu fasciæ prolixè in Sax. usitatô vide Beier. ad Schn. D. 5. th. 18.

§. 92. Cæterum in Investiturâ hæc tria potissimum attendenda (1.) Petitio. (2.) Testatio. (3.) Fidelitatis promissio; de quibus passim & communiter tractant Interpp. quæ hic infarcire supervacuum judicamus, ea tamen, quæ specialiter huc spectant, non supergressuri. Sic circa Petitionem Investituræ quæstionis est, utrum fieri debeat in Curia Domini Superioris? Puto neg. esse veriore, quia regulariter locus competens est curia Domini. vid. Boc. de Inq. c. ult. Lud&v. de renov. Inq. c. 2. p. 366. Dominus verò hic est Vasallus, quem Subvasallus pro beneficio ab eò accipiendô seqvi tenetur, nisi Dominus superior Vasallum sub eâ lege investiverit, ut Subinfeudatio in Curia ejus fieret, quò scilicet & copia actorum præteritorum haberi, & acta præsentia pro futurâ memoriâ recondi possint. Requiritur autem in illo locò haut rarò vicinitas, quò Vasallus sine magnis sumptibus pervenire possit l. 35. §. 2. de Procur. l. 13. in fin. ff. de ann. leg. alias non tenetur Subvasallus ibi comparere, præprimis si Privilegio sit munitus, quale habet Rex Bohem. ne ultra 15. milliar. Germ. extra regnum, & Archidux Austriæ, ne extra Austriam Investituram accipere teneatur Limn. L. V. c. 2. n. 32. & domus Holfat. ne itinere gravaretur, per Commissarium perpetuum, Episcopum Lubecensem, Investituram petere poterat. Sprenger. Lucern. p. 200.

§. 93. De Testium adhibitione illud saltem quærere lubet, an, si Vasallus Pares Curia non habeat, qui alias regulariter requiruntur 1. F. 2. §. 1. 1. F. 3. aut certè minus idoneos s. inhabiles & g. Pupillos, Minores & c. an teneatur Dominum adhibere testem? Nulla quidem hic videtur subesse exigentiæ necessitas, cum Jus feudale, si Pares Curia non adsint, quosvis extraneos indistinctè admittat 2. F. 32. §. 23. 2. F. 58. Stru&. S. I. F. p. 270. Schnob. D. 5. th. 19. Piffob. ad 2. F. 11. bene tamen subest expedientiæ necessitas, quam vocant. Causam do, quia eadem hic, quæ in Paribus Curia militare videtur ratio, quæ innuitur 2. F. 58. §. 2. ne scilicet quid excogitetur falsitatis in perniciem Domini, aliis Testibus inductis, corruptis forte pecuniâ vel odio, vel gratiâ, quæ non suspicanda in Paribus. Eundem itaq; in finem

ersonalia
tamen
) & sic
alli ex-
semper
1. F. 2.
Rosen
principe
udum 2.
p. ult.
ceptiffi-
n in Pa-
sua fa-
ecialiter
Alsatia,
um pro
Franco-
Zobeliis,
Figulo-
Spreng-
Subfeu-
& ita vo-
um enim
o & pro
vasallum
Linden.
feudatio-
vestien-
F. 26. 28.
m abusi-
pfa Feu-
tur inter
as Vasal-
o per Ju-
I. F. c. 8.
ibitô co-
m. Stru&.
orum il-
1. n. 38.
declara-
tio

finem Dominum superiorem adhiberi posse & adhibendum esse putarem, præp-
tis cum & ejus versetur hic præjudicium minus habili Subvasallo constituto. Un-
de & hodiè non incommodè Consilarii aut quidam nobiles Aulici adjunguntur;
sicuti id nonnullis locis usitatum esse notat *Illustr. à Sckendorff in teutschen Für-
sten-Staat d. p. 198. V. Beier. ad Schn. D. 5. th. 18.*

§. 94. Juramentum Fidelitatis soli Domino immediato seu feudum con-
cedenti præstandum: cum Contractus iste tantum ineatur inter Vasallum & Sub-
vasallum, non inter Dominum & Subvasallum. *Struë. S. I. F. c. 12. th. 12. Menoch. 3. presunt. 102. n. 9. Hartm. Pist. 2. q. 45. inf. per textum 2. F. 9 §. si autem inf. & Vasallo sine consensu Domini subinfeudare liceat, uti probatum §. 30. An verò Juramentum hoc fidelitatis remitti potest? Regulariter id aliàs licet 2. F. 24. §. 1. inf. cum eo ipso fides non sit remissa, Zaf. p. ult. n. 34. Schrad. p. 2. c. 4. n. 19. hic ta-
men non facillè remittendum esse putarem, quod non tantum in Vasalli, sed & Su-
perioris incommodum vergat, si Subvasallus minus fidelem præstet operam: unde
superflua hic nocere poterunt, cum sint utilia. Exemplum tamen remissi hoc casu
Juramenti ex relatione profert *Beier. ad Schn. D. 2. th. 21. familiam scilicet Bor-
kiorum in ulteriori Pomeraniâ non jurato, sed stipulatâ manu homagium præstare;
quemadmodum & Argentoratenses à temporibus Ottonis III. anno Christi 1001.
nullum Imperio præstitisse homagium habet *Limn. L. 8. c. 3. n. 10. Sprenger. Luc. p. 237. & postquam id ab Imp. Successoribus efflagitatum, immunitatis possessionem
in fidelitatis suæ symbolum allegarunt. Cæterum de modo jurandi non est cur a-
liquid addamus, nisi quod notatu dignum sit Juramentum cum execratione factum,
quod refert *Reichenb. ad Schn. D. 5. th. 13. So ihr das thut / so wolle euch Gott helfe-
fen / wo aber nicht / so hole euch der Teufel mit Leib und Seel / darauf hätten die umste-
henden gesaget Amen.****

§. 95. Contractu hoc feudali per abusivam Investituram inito, dominium
utile nondum est translatum *arg. l. 20. C. de Pact. l. 3. d. O. & A. l. pen. C. de R. V. quod tamen credunt *Niell. d. 4. th. 3. cum *Duar. ab eod. cit. Finckelth. d. 7. c. 3. Carpz. d. 6. th. 4. Ludov. S. F. c. 8. p. 164, quorum argumentis satisfacit *Struë. S. I. F. c. 8. th. 9. conf. *Schneid. d. F. p. 4. n. 9. 10. 11. Rosenth. c. 6. concl. 11. Bechm. in usu pr. feud. Ex. 7. p. 130. Birsch. Comm. ad 2. F. 2. p. 222. Myns. cent. 4. O. 6. Beier. ad Schnob. D. 5. th. 9. Sed traditio accedat necesse est siue magis implicite, puta, si in præsentia rei feudalis & sub ejus aspectu fiat. *arg. l. 1. §. 21. ff. d. A. P. l. 47. ff. de contrah. emt. vel Dominus nomine Vasalli possidere constituerit l. 13. d. A. P. vel Subvasallus rem ex aliqua causa teneat *arg. §. 43. d. R. D. vel expresse, si Dominus aut alius ejus nomine Vasallum in Feudum inducat 1. F. 1. 2. F. 2. pr. 2. F. 33. pr. quæ traditio est vera; aut si adhibitis solennibus ceremoniis porrigat symbo- lum aliquod corporeum & jubeat illum Possessionem fundi apprehendere; quæ traditio symbolica non confundenda est cum Investiturâ abusivâ, cum per hanc tan- tum voluntas faciendæ Traditionis declaretur, hic res ipsa tradatur. *Beier. ad Schn. D. 5. th. 4.********

§. 96. Delibato sic qualitercunq; investiendi actu, requisita Subinfeuda-
tionis Substantialia hic etiam evolvenda veniunt, quorum tria recensentur à Dd.
(1.) Ut fiat sincerè & sine fraude *per c. est autem 2. F. 9. & 2. F. 3. pr. 2. F. 26. §. be-
neficium.*

neficium. 2. F. 34. §. *similiter* (2.) Ut subinfeudandus sit æqvè habilis ad Servitia. 2. F. 26. & 2. F. 34. (3.) ut fiat iisdem conditionibus & pactis, sub quibus Subinfeudans Feudum à Domino accepit d. 2. F. 34. §. *profecto*. Schneid. p. 3. n. 89. Borch. c. 8. n. 52. Vult. c. 10. n. 82. Rittershus. c. 2. q. 12. Curt. p. 4. n. 83. seqq. Myx. cent. 1. O. 62. Schrader. p. 8. c. 2. n. 13. Schepl. Promt. I. C. & F. t. 7. §. 15. Niell. D. 7. th. 8. Vvesemb. c. 11. n. 9. Hartm. Pist. p. 2. q. 44. n. 4. Schnobel. D. 8. th. 15. Zas. p. 9. n. 13. Obrecht. l. 3. c. 10. n. 11. Rosenth. c. 9. concl. 44. Lud&S. S. F. p. 316. Dn. Stru&. S. I. F. c. 12. p. 448.

§. 97. Primum requisitum exigit, ne fiat in fraudem consuetudinis vel Legis d. c. *imperiale* 2. F. 55. h. e. ne callidis machinationibus sub colore Investituræ Feudum vendatur, seu fingatur aut simuletur Subinfeudatio, & tamen omnimoda celebretur alienatio, nec Subfeudum constituatur. Quæ fraus tunc præsumitur, qn. acceptâ pecuniâ Subinfeudatio facta sit *secundum Pist. p. 2. q. 44. n. 5. Vvesemb. d. F. c. 11. n. 9.* quod tamen non aliter accipiendum puto, quàm si pecunia illa Feudi æstimationem aut æqvè, aut superet; tùm enim vix erit, ut præsumptionem factæ omnimodæ alienationis à se declinare possit Vasallus; quippe quæ semper militat in contrarium. Conf. §. 27. Imò & in genere caveat sibi Vasallus à quovis prohibitæ alienationis genere: in quorum tamen censum hodiè non venit propter generalem consuetudinem datio in Emphyteusin quoad terras steriles, pascua & eremos Vult. l. 10. n. 57. Clarus §. *feudum* q. 33. n. 4. videmus enim nobiles Vasallos tales Feudorum suorum portiones rusticis meliorandas, fruendas &c. concedere pro annuâ pensione, *um einen Paß; Zins austhun* / eò quod permittendi sint Vasalli conditionem suam meliorare, modo ne Domino præjudicent, *Beier. ad Schnob. D. 9. th. 5.*

§. 98. Deinde idem requisitum vult, ne fiat in præjudicium Domini, fortè eò casu, quò Vasallus tenuit universitatem quandam Subfeuda aliquot continentem, unò verò ex Subfeudis ad se devoluto id sibi hætenus servavit sub spe ad liberos aut heredes, si qui futuri essent, transmittendi, ubi verò de liberis & heredibus desperat, iterum subinfeudat, ne ad Dominum se mortuo devolveretur 2. F. 73. vid. infra §. 129. confer Lud&S. c. 15. p. 317. Rosenth. c. 9. concl. 45. Obrecht. l. 3. c. 10. num. 17. aut Agnatorum §. *Titius* 2. F. 26. & arg. l. 22. §. *sed an ff. de Adopt.* v. g. feudum ut fæmineum concedendo Rosenth. c. 7. concl. 46. num. 11. cum nemini liberum esse debeat privare aliquem Jure suo sine facto aut culpâ ipsius l. 11. ff. de R. J. nisi eidem renunciatum fuerit, quam licentiam omnes habent. l. 29. C. de Pact. l. 50. C. de Episc. & Cler. Quod si itaq; Vasallus fraudulenter subinfeudavit, Agnati id vivò etiam Vasallo revocare poterunt. *vid. 2. F. 26. §. Titius. Rosenthal. c. 9. concl. 48.* & quidem jure retractus. vid. eundem d. l. conclus. 99. n. 5. & 6.

§. 99. Secundo requisito ratione Servitorum Domino providetur. Cum enim Vasalli primi, quanto ampliora tenent Feuda, tantò majori cum apparatu servitia præstare teneantur, & verò hæc ope Subvasallorum præsent, æqvè idonei hi debent esse, ne aliàs in Dominum redundet incommodum. *Stru&. S. I. F. c. 12. th. 11.* Hæcabilitas si adsit, necesse non est, ut sit paris dignitatis, officii, nobilitatis vel autoritatis cum Vasallo; sed sufficit illum ad consveta Servitia non minus

præpri-
o. Un-
runtur;
en Sür-
m con-
& Sub-
Menoch.
em inf.
An verò
§. 1. in
hic ta-
& Su-
unde
hoc casu
et Bor-
rastare;
sti 1001.
er. Luc.
ffionem
st cur a-
factum,
ott helf-
ie umste-
minium
de R. V.
d. 7. c. 3.
stru&. S.
Bechm.
4. O. 6.
aplicitè,
l. A. P. l.
t. l. 13. d.
pressè, si
pr. 2. F.
t symbo-
ere; quæ
nanc tan-
ad Schn.
infeuda-
ur à Dd.
6. §. be-
neficium.



nus aptum esse, quàm Subinfeudantem 2. F. 34. §. *similiter*. nisi fortè abjectus planè sit ac vilis, ubi dedecori esset Domino, à sordidis Servitia accipere. *Beier. ad Schlob. D. 8. th. 25.* quales sunt cæci, claudi aut aliter imperfecti. Confer *supra* §. 31. *in fin.* & *Zaf. p. 9. num. 16.* *Schrad. p. 4. c. 3. n. 11.* *Rosenth. c. 9. concl. 44. n. 5.* *Curt. p. 4. n. 83.* *Schult. Consil. 92 n. 1. §. 2.* qui dicit præsumtionem esse in honore & amore, si dignitatis est ejusdem (v. g. miles) quamvis in aliis sit inæqualitas. Facile hinc liquet, quod magis idoneus possit substitui, modò non sit potentior, quem Dominus in officio continere nequeat, & à quò difficilis Servitorum exactio, aut Feudi recuperatio. *Stru&. S. F. F. d. l. Lud&. l. F. d. l. p. 316.*

§. 100. Tertium requisitum Domini conditionem itidem tuetur, ne fortè in duriorum conditionem fiat Subinfeudatio; si v. g. Ecclesiæ, civitati, universitati &c. datur. arg. *c. si clientulus 1. F. 13. D. 2. F. 34.* vid. *supra* §. 63. ne, quod Vasallus pro se & masculis Successoribus accepit, Subvasallo ita det, ut in Fæminas transeat *c. lex corradi 2. F. 34.* ne servitia pacto remittantur, aut pro iis annua pensio substituatur: Vasalli enim sic ope Subvasallorum destituti, non possunt æquè commodè servire, atq; sic cessaret finis, ob quem Subinfeudatio permittitur. Accedit quod & ipsa Feudi natura hoc exigat: dominium enim utile Vasalli à directo dependens pacta liberrima & quasvis conditiones alias, quàm quibus concessum, non tribuit. Unde si abs hac restrictione foret, vera foret alienatio, vid. *omnino Stru&. S. F. F. c. 11. th. 11. p. 440.* Cæterum arctiori & angustiori pacto & lege Subinfeudationem fieri posse, puta, quod pro masculis & fæminis concessum, pro solis masculis concedatur, & ratio dicitur & exemplum 2. F. 108. cum meliorem suam conditionem facere possit Vasallus 2. F. 8. *Lud&. S. F. p. 318.*

§. 101. Quid ergò, si simpliciter dederit, h. e. si in Investiturâ feudali non fuerit dictum, ut Subfeudum eadem lege aut iisdem conditionibus haberetur, an tum Subinfeudatio erit invalida? Neg. sed censetur eadem lege dedisse arg. §. 5. *Inst. de inst. stipul.* cum & alias quæ secundum naturam rei propter legis dispositionem insunt, exprimere haut sit necesse, exemplò Evictionis *l. 11. §. 2. de act. omi.* & culparum præstationis *l. 23. d. R. F. l. 5. §. 2. Comment.* confer *Rosenth. c. 7. concl. 13. n. 4. Du. Stru&. S. I. C. Ex. 6. th. 23. §. S. F. F. c. 2. th. 7.*

§. 102. An verò permittitur Vasallo primum quidem eadem lege ac conditione, quâ ipse Feudum est consecutus, alteri concedere, postea verò fidelitatem & debita Servitia remittere? Licebit quidem id hæcenus eum in finem, ut Subinfeudatio semel & ab initio legitimis iisque ad subinfeudandum debitis circumstantiis peracta non statim fiat irrita, cum hoc pactum naturâ suâ nullam iniquitatem involvere videatur (nisi Vasallus vel propterea subinfeudavit, ut Servitia Domino præstentur melius, ipsò Vasallo forte inepto, quo casu remissio non valebit) post mortem tamen Subinfeudantis Dominus Feudo fortè ad se devoluto Subinfeudationem istam ratam habere non cogitur, quia Vasallus Domino suo præjudicare non potest *Rosenth. c. 9. concl. 44. l. g. in f.* Nimis ergò durum putamus cum *Lud&. S. F. p. 318.* quod est ap. *Schrad. P. 8. c. 2. n. 14.* posse hoc casu Vasallum æquè Feudo privari, ac si ab initio aliâ lege subinfeudasset.

§. 103. Sed quid tandem obtinebit, si de facto Vasallus aliâ lege subinfeudaverit, e. g. Feudum, quod masculis tantum concessum, fæminis etiam concedendo?

Subin

abjectus
Beier. ad
fer supra
concl. 44.
onem esse
s sit inax-
d non sit
Servitio-
p. 316.
ne forte
universi-
ne, quod
Feminas
anua pen-
unt æqvè
Accedit
recto de-
ffum, non
io Stru&.
Subinfeu-
solis ma-
uan con-
udali non
eretur, an
arg. §. 5.
is disposi-
2. de act.
Rosenth.
Lege ac
ò fidelita-
m, ut Sub-
rcumstan-
iquitatem
a Domino
lebit) post
binfeuda-
æjudicare
cum Lud-
atallum æ-
subinfeu-
ncedendo
Subin

Subinfeudationem planè non valere, & tam dantem, quàm accipientem Feudo pri-
vari posse statuunt nonnulli, quos vide ap. Lud&. Syn. c. 15. p. 317. Alii & hic mi-
torem amplectuntur sententiam, ipsam sc. Subinfeudationem valere quoad mascu-
los, non quoad feminas (ne sc. utile per inutile vitietur *contral. 1. §. 5. ff. d. V. O. l. 1. §. 13. de aq&. q&ot. l. 2. de recept. arb. l. 37. de Exc. Tut. c. 33. de R. J. in 610*) hinc si casus evenerit, quò ad feminas transiret, atq; sic à Feudi lege re-
cederet, tunc Feudum Domino aperiri. *gl. in d. c. perfecto ibiq; Alvarot. Rosenth. c. 9. concl. 44. num. 13.* Benè namq; monet *Dn. Stru&. S. J. F. c. 12. th. 11.* in
ejusmodi Subfeudi concessione duo esse attendenda, ipsam sc. Subinfeudationem in
se consideratam & adjectam conventionem illicitam: hic residet vitium, non illic.
Quamdiu igitur casus conventionis illicitæ nõ existit, intra terminos licitos confi-
stit adhuc Subinfeudatio: id quod confirmatur à pari, quò Vasallus Feudum alienan-
do privari eò non potest, nisi traditio secuta *vid. latius Dn. Stru&. d. l.*

§. 104. Restat, ut de Fine agamus, qui est vel proximus, vel remotus.
Proximus est, ut mediante hâc Subinfeudatione res in Subfeudum concedatur; re-
motus est vel intermedius, vel ultimus. Ille est utilitas tum Domini superioris
& mediati, ut Servitia ipsi felicius ac facilius præstentur; tum inferioris & imme-
diati, ut Subvasallum sibi ad fidem & regulariter ad Servitia sive Domino superiori
sive sibi met præstanda obstrictum habeat *2. F. 23. in f. §. 26. c. investitura §. 1. 2. F. 3. §. c. q&aliter 2. F. 5. Zas. p. 7. n. 16.* vel etiam respectu Subvasalli, ut is
beneficio & benevolentia plenè cum suis in gaudio utatur fruatur, arg. *2. F. 23. Zas. p. 6. n. 34.* Ultimus est felicitas Reip. utpote ad quem finem omnes nostræ
leges tanquam ad centrum collimant, quæ hic obtinetur per commodiorem defen-
sionem, & familiarum maximè illustrium conservationem vid. *Lud&. S. I. F. p. 288.*

§. 105. Effectus ex Subinfeudatione resultantes variant pro diversitate
Subjectorum & activorum & passivorum; alius enim est ratione Domini superioris,
alius ratione immediati, alius ratione Subvasalli. Ratione Domini superioris a-
lius est respectu rei, alius respectu personarum. Respectu rei manet omnino penes
ipsum dominium directum, utpote quod sibi statim reservavit *2. F. 8. §. ult. 2. F. 23. in f. confer supra §. 18.* Respectu personæ Vasalli habet sibi hunc adhuc ad fide-
litatem & servitia obstrictum, consequenter ad omnia pristina jura inde fluentia;
unde & Servitia directò à Subvasallo exigere non potest, sed opus habet ad id requi-
sitione Vasalli intermediâ. *Rosenth. de F. c. 8. concl. 10. n. 5. Hartm. Pist. l. 2. q. 45. num. 14.* seq. nisi superior sit etiam Dominus universalis, Patriæ Rex ac Rega-
lium vel Superioritatis Territorialis jure servitia sibi præstare velit *Richter. P. 3. conf. 3. n. 23. §. 24. Stru&. S. I. F. c. 12. p. 453. Beier. ad Schn. D. 8. th. 26.* aut
Subinfeudans ad Servitia planè sit inhabilis, quò casu Subvasallum à Domino ad
Servitia cogi posse putat *Schenck. in §. ult. n. f. 1. F. 4.* idq; ex ratione permissæ
Subinfeudationis, quæ est, ut commodius præstentur Servitia.

§. 106. Respectu Personæ Subvasalli quoad ea, quæ magis Feudum ipsum,
quàm Personam prioris Vasalli respiciunt, secundariò & subordinatè sibi illum ha-
bet obnoxium, ut etiam hoc respectu ejus Vasallus quodammodo sit *Rosenth. c. 9. concl. 47. num. 1. Schrad. p. 8. c. 2. num. 25.* Ex tacita namq; conventionem quâ-
dam

dam Subfeudum accipiens videtur secundum ipsam naturam Subfeudi, utpote immediate quidem à Subinfeudante, mediate à Domino superiori dependentis, obligatus esse ad reverentiam & honorem ipsi etiam Domino majori exhibendum. Ex quo haut difficile est collectu, quod si Dominum hunc offendat aut injuriâ (tali tamen, ob quam Dominus proximus offensus Vasallum privare posset *Rosenth. c. 10. concl. 10. num. 2.*) afficiat Subvasallus, Feudum sit privandus *2. F. 55.* ad id enim se tacite obligavit. Et si quidem à Domino suo immediato ob id requisitus non satisfecerit, Feudum redit ad Vasallum, à quo Subvasallus id tenebat *d. 2. F. 55. in f.* Sin Vasallus non admonuerit, primo Feudum aperietur. *Confer Rosenth. c. 11. conclus. 9. Beier. ad Schn. d. l. Stru&. d. l.*

§. 107. Propter hanc ipsam reverentiam Domino superiori debitam dicendum putarem, quod nec Subvasallus ipsum possit accusatione criminali pulsare *arg. 2. F. 33. §. 1. 2. F. 24. §. 2. exceptis* (1.) Perduellionis crimine, ob quod, si Dominus commiserit, impunè accusari potest *arg. N. 115. c. 3. §. 3. junct. 2. F. 24. confer Stru&. S. I. F. c. 11. th. 3. Rittershus. l. 2. c. 1. q. 8.* (2.) Quod nec actione aut exceptione famosa contra ipsum experiri possit *arg. §. 11. similiter 2. F. 33. c. est & alia 2. F. 7. junct. l. 10. §. 12. de in jus voc. l. 11. §. 1. de dol. l. 5. §. 1. de obseq. Par. & Patr. prest. l. 4. C. eod. adeoq; nec Interdicto unde vi (nisi vis fuerit armata) c. Dominus 2. F. 22. Verb. salvâ reverentiâ, junct. l. 1. §. 43. de vi & vi arm. & arg. d. 2. F. 22.* (3.) quod modestè ac cum reverentiâ sit citandus *arg. l. 14. de in Jus Voc. & l. 2. eod. Zas. p. 7. num. 47. Finckelth. D. XI. th. 18. Myns. cent. 4. O. 92. n. 4.* (4.) Quod in causâ criminali aut civili non modicâ testimonium dicere nequeat. *arg. c. sciendum 2. F. 33. & l. 4. ff. de Test. l. 12. C. eod. confer Stru&. S. I. F. d. l. Lud&. S. F. p. 290.* (5.) Nec Juramentum calumniæ exigere possit. *arg. 2. F. 33.*

§. 108. Jurisdictionem verò quod spectat, illam nequaquam in Subvasallum exercet Superior neq; in causis feudalibus, neq; in allodialibus, quippe Vasalli mei Vasallus, meus Vasallus non statim fit *2. F. 55. & arg. l. 5. §. 22. de agnosc. lib. l. 20. pro soc. l. 105. d. V. S. l. 47. d. R. I. §. 8. Inst. de Nupt. Curt p. 4. n. 88. Menoch. 3. prasumpt. c. 102. Obrecht. l. 3. c. 10. n. 27.* nisi Vasallus Justitiæ administrationem negligat, quò casu Dominus superior Judex erit juxta *Rosenth. c. 12. concl. 2. n. 61.* ut adeò, si lis sit inter Dominum & Subvasallum actor forum rei sequatur *secundum l. 5. C. de Jurisd. l. 2. C. eod. l. f. C. ubi in rem act. c. 14. c. 11. q. 1. c. 13. c. 8. c. 5. de for. comp.* Distingvendum tamen hic inter Subvasallum tantum, & Subvasallum & Subditum simul. Ille, quia cum Domino immediato contraxit, ei etiam tantum quoad Jura feudalia est obligatus, id quod maximè contingit, si Subfeudum situm non sit in territorio Domini, sed illud ad alium aliquem Principem spectet. Hic verò Jurisdictioni Superioris omninò est subjectus, eò quod Superior simul sit ordinarius Magistratus, qui generalem ordinariamq; Jurisdictionem totius illius territorii, in quo situm est Subfeudum habet *Schrad. c. 6. n. 60. p. 6.* quales sunt Principes supremi, vel Principes etiam Imperii secundum *Franzk. Resol. I. Ref. 18.* quò casu tamen magis ut Princeps, quam Feudi Dominus, atque magis tanquam in Subditum seu Incolam Jurisdictionem suam exercebit; ac illum quoq; collectare poterit *Rosenth. c. 5. concl. 78.* quod alias, nisi extremâ necessitate

tate non licet. Heig. P. 1. q. 18. n. 13. adeoq; Servitia etiam præ Dominis Eorum im-
mediatis exiget, quæ Jus dicitur Sequela die Folge c. 7. de ordin. off. in 6. c. Epi-
scopus ibi: perceptione regiâ dist. 8. Frantz. d. l. Beier. ad Sch. D. 8. th. 26. in fin.

§. 109. Sed & iste effectus hic minimè prætereundus, quod Dominus per
Subvasallum etiam Feudum acquirere potest; puta, si investiverit Vasallum de re alic-
nâ, Vasallus subinfeudarit, & deinde per tempus Jure Feudali definitum possede-
rit, dominium directum ipsi acquiratur, non verò Vasallo; quippe qui possedit
tanquam Vasallus, adeoq; dominium directum præscribere non potest deficientibus
plerisq; ad veram præscriptionem necessariis requisitis. arg. l. 10. §. f. ff. d. A.R.D.
& §. 4. vers. fructuarius Inst. per quas pers. acquir. Secus esset, si Subvasallus præ-
scripsisset ultra terminos concessionis ex se quâdam ignorantia facti absq; aliquo
Titulô autoris, ubi in dubiô dicendum putat Curt. p. 4. n. 90. manere Jus penes
ipsum præscribentem. arg. l. debitor in f. ff. ad Trebell. Conf. Rosenth. c. 6. concl.
70. n. 6.

§. 110. Respectu Vasalli Subinfeudantis effectus iste sese exerit, quod re-
spectu sui Subvasalli directum quodammodo dominium consequatur, utpote cujus
tantum est Vasallus. Arum. d. 7. th. 19. atq; ob illud Jus Subinfeudatum ad Fideli-
tatem & Servitia, imò ad omnia ea, ad quæ Vasallus Domino suo in genere est ob-
ligatus, habeat obstrictum. c. imperialem §. f. 2. F. 55. H. Pist. 3. q. 45. in f. Rosen-
th. c. 12. concl. 1. n. 77. imprimis quod ad præstationes personales, Juramenti re-
novandi Investituram & Servitia, non ad ea, quæ Feudum magis ipsum concer-
nunt, de quibus etiam Superior participat. §. 106. Beier. ad Schnob. D. 8. th.
26.

§. 111. Competet itaq; Vasallo quoad causas feudales Jurisdictio feudalis.
Rittersh. part. feud. l. 2. c. 9. q. 3. scilicet tanquam Domino, cui non potest non
competere Jurisdictio 2. F. 55. in f. c. 6. & de foro comp. Rosenth. c. 12. concl. 4. n.
67. & quidem indistinctè, licet Subvasallus sit privatus, aut dignitate aliquâ præ-
ditus, & secundum hanc Domino Feudi superior. Rosenth. d. c. 12. concl. 1. n. 24.
imò licet Jus provocandi ad Superiorem habeat, ut Pupilli; Viduæ, miserabiles per-
sonæ l. un. C. qn. Imp. inter pmp. Rosenth. d. c. 12. concl. 1. n. 17. Somb. de F. p. 14.
n. 18. Hinc quoq; si inter plures Subvasallos lis oriatur, Dominus immediatus
cognoscit Curt. p. 4. n. 83. Rosenth. c. 12. concl. 31. Vult. l. 2. c. 2. Schrad. p. 10.
sect. 2. ita tamen, ut prima Instantia nonnunquam coram Superiori veniat tractan-
da, de quô vide Rosenth. c. 12. concl. 1. n. 88. confer Carpz. 2. R. II. sicut & quo-
tidie videmus Barones & Nobiles omnia ea exercere in Subvasallos, quæ aliàs Do-
mini. Interim tamen ita competet hæc Jurisdictio, ut, si Subvasallus, sit Domi-
no superiori subjectus, appellatio detur ad Judicem Superiorem l. f. 22. Myns. 5. O. 5.
qui quoad feuda non regalia seu minora Imperii nostri mediate Imperio subje-
cta Camera poterit esse. Struë. S. I. F. c. 16. th. 9. sicuti & exemplum refert Schepl.
Prompt. I. C. & F. t. 7. n. 13. ubi in casu revocationis processus institutus est in
primâ Instantiâ, coram Domino medio tantum, deinde appellatum ad Superiorem.

§. 112. In specie laudemium quod concernit, licet illud regulariter pro
alienatione Feudi præstandum sit. Struë. S. I. F. c. 16. §. 15. Frantz. de Laud. 4.
num. 14, nullum tamen Subinfeudans debet Domino suo, cum perfecte nondum

te im-
s, ob-
um. Ex
tali ta-
b. c. 10.
nim se
non sa-
r. in f.
11. con-
dica-
re arg.
ominus
confer
ceptio-
alia 2.
ar. &
nata) c.
& arg.
in Jus
ent. 4.
m dice-
Struë.
possit.
ovasal-
e Vasal-
agnosc.
n. 88.
dmini-
b. c. 12.
rei se-
c. 11. q.
tantum,
atrait,
ngit, si
Princi-
od Su-
sdictio-
Co. p. 6.
k. Re-
ve ma-
c illum
necessi-
tate



alienavit, nec ulla mutatio in personam Vasalli contigerit, quam tamen unicam laudemii præstandi causam esse docet *Frantz k. de Laud. d. tr. p. 115.* quin potius, si Subvasallus Feudum alienet, Domino immediato tantum Laudemium est præstandum: tum quod nulla contingat in personam Domini mutatio, quippe cui Vasallus adhuc obligatus manet, tum quod Subvasallus ita se habeat ad suum Dominum, sicut se hic habet ab Domino primo: ut constat ex hæcenus dictis. Id quod procedit, licet totam curtem infeudarit Vasallus, quod ipsi concessum est per tradita §. 23. & 79. manet enim Dominus Subfeudi *Valasc. de Fur. Emph. q. 13. n. 12. Menoch. consil. 226. n. 166. Frantz k. d. Tr. de Laud. p. 26.*

§. 113. Tenetur vicissim Vasallus Subvasallo suo ad ea, ad quæ Dominus suo Vasallo, juxta Reg. Dominus & Vasallus ad paria obligantur 2. F. 55. 58. 2. F. 6. §. Dominus. *Zaf. de Feud. p. 7. n. 56.* intellige quoad fidem reciprocam; unde & ipsum contra inimicos juvare tenetur, etiam fratres & Agnatos secundum *gl. in C. Dominus 2. F. 58.* quamvis obligatio à parte Domini non æquè latè pateat: cum Juramentum fidelitatis præstare haut teneatur *arg. l. 13. §. 14. ff. de dam. inf. Bejer. ad Schn. D. 5. th. 24.* neque juramentum calumniæ 2. F. 33. Evictionem tamen præstare tenetur, & id quod interest, ob moram in commisso Feudo commissam: de quò latius ubique *Interpp.*

§. 114. An iterum poterit Vasallus Subvasallos, quos Dominus debellare instituit, etiam contra Dominum jure tueri? Negativa magis placet cum *Rosenth. c. 8. concl. 20. Wesemb. de F. c. 9. n. 10.* in simili casu id negantibus. Aut enim certum est, Subvasallum injustam fore causam, & hoc casu Vasallus procul dubio Dominum adjuvare tenetur; aut dubium est, jure ne an injuria Dominus illum premat, & hoc casu Leges pro Domino præsumunt; præprimis cum Magnatibus nunquam desint speciosi prætextus actiones suas justificandi, ergò armis illum defendere haut poterit. Hinc, licet causa potius à parte sui Subvasalli prævalere videatur, consultius tamen videtur Intercessionibus, Legationibus, Literis & Interpositionibus, nec non in Judicio Vasallum tueri, arg. eorum quæ Dd. tradunt ad *d. c. Imperialem 2. F. 55. & l. 1. C. de domest. & protect. & c. brevis 17. ibi: posse defendere. de Furej. Conf. H. Pist. 2. q. 47. n. 31. Wesemb. c. 8. n. 28. Vult. c. 10. n. 29. Rumel. ad A. B. p. 2. D. 5. th. 15.*

§. 115. Ratione Subvasalli præcipuus effectus est, quod utile quoddam dominium in eum transeat, omniaque is Jura, quæ aliàs Vasallo in Feudo competunt, consequatur *arg. c. cum de re 2. F. 8.* Vasallus fiat Subinfeudantis 2. F. 55. §. illud. *arg. l. 5. §. 23. de agn. & al. lib. l. 105. d. V. §. non Domini Superioris,* unde & Vasallo tantum tanquam suo Domino ad omnia ea obstrictus est, ad quæ Vasallus suo Domino. *Ludov. S. F. c. 15. p. 319. Schnobel. D. 8. th. 26. Struv. S. J. F. c. 12. p. 453. Vult. l. 1. c. 10. n. 84. H. Pist. p. 2. q. 45. n. 8. seqq.*

§. 116. Tenetur itaque Servitia sua, ut alius Vasallus, exhibere non solum si Domino suo immediato inferatur bellum, sed & si ipse alteri inferat 2. F. 7. & 28. etiamsi de Justitiæ causæ ipsi non satis constet, quod plerumque fit *d. 2. f. 28. Struv. S. I. F. p. 422. Ludov. S. F. p. 292.* & quidem etiam contra Dominum suum mediatum & superiorem, si inter hunc & Dominum immediatum bellum flagret. *Schrader. p. 6. c. 6. n. 69. Rosenth. c. 8. concl. 11. n. 51.* modò Dominus immediatus non sit simpliciter Superioris Subditus, sed aliquam potestatis

is partem habeat. confer *Grot. d. J. B. & P. l. 1. c. 4. n. 13.* cum subditi regulariter Majestati resistere nequeant *Grot. d. l. n. 4. Stru& S. I. F. c. 11. th. 8.* aut Subvasallus etiam Superiori sit simpliciter subjectus *2. F. 7. 2. F. 55. in fin.* aut Dominus contra quem juvare debet, esset antiquior, ubi ne quidem per Substitutum regulariter adjuvare potest Vasallum contra antiquiorem Dominum. *2. F. 24. §. ult. 2. F. 55. H. Pist. 2. q. 47. n. 35. Rosenth. c. 8. concl. 16. & c. 10. concl. 10. n. 6. Schrad. p. 6. c. 5. n. 18. Lud& S. F. p. 295. Schnob. D. 8. th. 13.* non vero excipiendus est Pater, neq; agnati, cognati, amici &c. *2. F. 28. in fin. junct. 2. F. 55. §. insuper. Stru& d. l. Schnob. D. 8. th. 14.* ibiq; *Beier.* cum frustra Pater leges naturales invocet, qui contra eas Dominum lædit *l. 37. in f. ff. de Minor.* aut, si durum id videatur, nulla hoc casu in propria personâ comparendi necessitas filium urget *2. F. 26. §. si quis 45. Schnob. d. l. Lud& d. l.* ubi ad contraria respondet.

§. 117. Multum verò hic laborant Dd. de alienatione Subfeudi, cujusnam Domini consensus, an superioris, an immediati, an verò utriusq; sit adhibendus! Sunt equidem hæc de re quatuor opiniones. *H. Pist. p. 2. q. 46.* ex quibus illam tamen communem esse attestatur, qui tantum Superioris consensus requirunt, quod idem & *Myns s. O. 66.* testatur. *Vult.* verò *d. F. l. 1. c. 10. n. 63.* tutius esse arbitratur in illorum descendere sententiam, qui utriusq; consensus requirunt, quam magis receptam esse probat ex *Menoch. 3. conf. 226. num. 172.* cui etiam favere videtur *Schrad. p. 8. c. 2. num. 27. & 28.* Nos distinctionis gladiò nodum hunc Gordium solvemus. Aut enim Feudum sub primâ statim concessione actu jam continuat plura Subfeuda, uti patet ex universitatibus in Feudum concessis e.g. Ducatibus, Comitibus &c. vel fuit saltem res infeudari solita; & tunc in horum translatione in alium & oppignoratione solius immediati consensus sufficit, sicut ejusmodi exempla se vidisse testatur *Schnob. Promt. I. C. & F. t. 8. num. 17.* Ratio est: quia Dominus superior, qui tale Feudum cum Vasallis concedit, simul tale quoddam Jus in Vasallos concedere videtur quale ipse alias habiturus esset, unde, quod hic consensu Domini immediati actum est, ratum quoq; habere tenetur Dominus superior, licet ipsa feudum aperiatur, (modò Vasallus ad servitia paratus sit. confer §. 106) aut Subfeudum de novo à Vasallo fuit constitutum, & Domini superioris consensus non erit simpliciter necessarius ad id, ut hæc alienatio subsistat; cum is, qui solus Subfeudum concedit, solus quoq; permittere possit, ut in alium transferatur; *facile enim perspiciet, an ad Servitia ipsi præstanda sit habitus;* est tamen necessarius Domini consensus ad eum effectum, ne extinctò Subinfeudante Domino ejusq; Filiis mortuis hypotheca cum ipso Feudo pereat, aut alienatio revocetur. *H. Pist. d. l. num. 16. Molin. ad conf. Par. §. 1. concl. 6. num. 11. Zas. p. 9. n. 34. Lud& S. F. p. 320.*

§. 118. An verò nobilis Imperii Immediatus etiam in feudo ab aliò statu dependente religionem mutare poterit, v. g. pro Cathol. Lutheranam introducere? Aff. quidem videtur probari posse ex verbis religiosæ Pacis Constitutionis, und in solchen Frieden sollen die freye Ritterschafft/ubi vocabulum solchen est relativum, quod totum relatum cum omnibus suis qualitatibus continet. *arg. l. 3. §. 1. & l. 59. §. 1. ff. de re jud. l. 15. §. testator 2. ibi: nam si eodem ff. de alim. & cib. leg. & vox auch ampliativa similem dispositionem inducit arg. l. etiam 18. §. solut. matr.* ut adeo

B 3

Sub-

unicam
potius,
t præ-
ui Va-
Domi-
dictis.
um est
mph. q.
minus
.2. F. 6.
ande &
n gl. in
t: cum
m. inf.
taren
am: de
bellare
osenth.
im cer-
dubio
illum
natibus
um de-
valere
Inter-
unt ad
osse de-
10. n. 29.
oddam
compe-
F. 55.
erioris,
Vasallus
F. c. 12.
solum
& 28.
f. 28.
Domi-
diatum
modo
otesta-
tis

Subvasallum ceu Jure permittente id facientem atq; sic potestate sua non abuten-
tem nullam pœnam nec feloniam incurere dicendum foret, vid. *Schrad. de Feud. p.*
9. c. 6. n. 66. Vult. l. 1. c. 11. n. 39. Gothofr. Anton. Diss. F. 2. sed dicta Constitu-
tio omnino explicanda ex *Pacif. Osnabrug. art. 5. §. 10. Verb. nisi forte in quibus-*
dam locis ratione bonorum & respectu territorii vel domicilii aliis Statibus re-
periantur Subjecti &c. ex quibus contrarium aperte elucescit. Quoad nobiles me-
diatos, minor est dubitatio qui sub dictâ *Pacif.* omninò non comprehenduntur, haut
tamen prohibendi videntur, quò minus domi in arcibus pro se, uxore, liberis, fami-
liâ domesticas conciones & sacrorum rituum sacramentorumq; solennia celebrent,
vid. *Rumel. ad A. B. ibiq; cit. p. 3. diff. 5. cor. 1.*

§. 119. Sed & illud in quæst. hîc venit: an in Imperio Principes, Comites,
Barones &c. respectu Personæ immediati feuda tamèn à statu alio possidentes
(quales sunt Comites de *Sch&varzburg.* qui *Sereniss. nostri* sunt Vasalli) at perso-
nale tamen homagium Imperatori præstantes, ratione horum bonorum Status
sint, ac Jurisdictionem territorialem consequantur? *Neg.* quia ad Statum requiri-
tur immedietas, licet ab immedietate ad Statum non *V. C. R. F. de anno 1654. §.*
über dieses haben wir ubi inculcatur neminem, nisi feudo regali instructum ad *Se-*
natum Principum admittendum esse. vid. *Rumel. ad A. B. diff. 1. th. 12. l. 1.*
Strauch. Diss. Ex. 10. th. 21. Dn. Sim. Diss. de Jurisd. ter. c. 4. aph. 8. jam ne-
gatâ immedietate negatur etiam Jurisdictio territorialis, quippe cujus ille demum
capax est, qui investitur feudo nobili & regali, jureq; superioritatis reali non per-
sonali, sed proprio, inq; heredes successorio, mediante quò ei Jus sessionis & suffra-
gii in Comitibus competit. vid. *latius* hæc persequentem *Dn. Sim. d. l. c. 4. thes. 1.*
seqq. Confer *Reink. d. R. S. & E. l. 1. concl. 5. c. 10. n. 30. seq.*

§. 120. Facilior hinc est ad illam Quæst. responsio: An Principes, Co-
mites, Barones &c. tam ratione personæ, quàm bonorum Imperio subjecti (quales
sunt Comites de *Hardeck,* Comites *ju Steuffen/Comites ju Mengard* &c. quos vide
ap. *Sim. d. l. th. 3.*) Jura territorialia per Subinfeudationem consequantur? Id
quod *neg.* Licet enim Subinfeudatio eadem Lege fiat, & sic tantum tribuere vi-
deatur, quantum infeudatio; Supra tamèn §. 34. negavimus, talia à Statibus con-
cedi posse: cui accedit, quod ad Jurisdictionem territorialem requiratur, ut aliquis
Imperio & Imperatori immediatè sit subjectus, simulq; ab eò investitus, arg. *Rec.*
Imp. de anno 1548. §. Biewohl auch vid. *omnia Dn. Sim. d. l.*

§. 121. Tandem potest etiam Subvasallus Feudum suum iterum alteri con-
cedere, cum Subinfeudatio in infinitum valeat *c. Lex Corradi §. similiter 2. F. 34.*
Niell. D. 7. th. 8. Lud&v. S. F. c. 15. p. 314. ita sc. ut semper Subfeudum consti-
tuens respectu illius Subfeudi analogicè habeat dominium directum *Stru&. S. 1.*
F. c. 12. p. 416. quæ quidem verba in infinitum, ita intelligenda esse putat *Boc. de*
invest. c. 3. num. 123. ut ad quartam usq; Personam fieri possit, si Feudum pro-
priam naturam retinere debeat per text. *1. F. 7. §. ult. & 2. F. 10. Vers. sed hodie;*
sicuti & in plerisq; Curiiis ex speciali consuetudine Subinfeudationem ultra tertiam
personam non extendi refert, *Obrecht. de F. l. 3. c. 1. n. 5.* Sed rectius videtur facere
Bitsch. in Comm. ad consuet. feud. d. §. similiter dicens, verba illa idem esse hîc, ac
in Jure Civili in indefinitum, h. e. non definitò certè numèro aut gradu.

§. 122.

§. 122. A constitutione Subfeudi indeq; dependentibus Juribus ad dissolutionem progredimur, ubi sciendum, quod olim quidem pro lubitu iterum potuerit minori Valvasori auferri feudum *l. f. 1. §. ult.* sed progressu temporis id fuisse mutatum, ut tantum propriis quibusdam modis finiatur *l. f. 1. §. moderni. 2. F. 10. Vers. sed hodie. Struq. S. I. F. c. 12. p. 454.* Hodiè itaq; præter communia illa, facta Feudi destructiva (quæ hic recensere non opis est nostræ) duobus modis Subfeudatio suam sortitur terminum (1.) ob culpam Subvasalli (2.) resolutio Jure Feudi principalis.

§. 123. Culpa ista, quæ Feudum amitti, & ad Dominum devolvi solet, vel committitur in Subinfeudandum, vel in Dominum superiorem. Illò casu Subfeudum non Domino superiori, sed immediato, qui subinfeudavit, aperitur, *arg. illud qd dicitur 2. F. 55. Schnob. D. 8. th. 31. Rosenth. c. 10. concl. 9. & c. 9. concl. 64. Sonsbec. p. 13. num. 91.* Quemadmodum enim aliis in Jure Civili non nisi per gradus incedimus in Successionibus & delictis e. g. Jure accrescendi, crimine læsæ Majestatis (ubi bona reorum à Statu, sub quibus sunt, confiscanda, per capit. Ferd. III. art. 28.) ut & in Jure Canon. v. g. si Clericus beneficio ob delictum sit privandus, non nisi per Episcopum loci privetur *c. 14. X. d. for. comp.* ita & Jus Feudale cum alibi, tum hic incedit per gradus, naturam imitans, quæ saltum non facit. *Schnob. D. 25. th. 20.*

§. 124. Si culpa committatur in Superiorem, nisi pro servitio antiquioris Domini hoc fecerit, aut alias satisfacere paratus sit, Domino immediato Feudum aperiri cum distinctione diximus supra §. 106. Cujus rei ratio est quod, quamvis in Superiorem committat Subvasallus, & hinc ipsi competere videatur vindicta, satis tamen fit, quod Feudo privetur; ne sc. Jurisdictio semel Vasallo concessa, quæ ipse Subvasallos coercet, indeq; tractus sui Domini habet, auferatur; aut aliàs Subvasallo detur ansa immediatum citra culpam ipsius Feudo privandi, ut benè monet *Beier. ad Sch. D. 81. th. 31.* ubi de alienatione citra Domini consensum facta agit. Confer *Schrad. p. 8. c. 2. n. 26.*

§. 125. Porro resolutio Jure dantis, resolvitur etiam Jus accipientis *c. 1. §. ult. qd dicitur mod. feud. am. 2. F. 24. l. 31. ff. de Pignor. Beier. ad Schnob. D. 5. th. 30.* Resolvitur verò aut culpâ, aut morte. Culpâ, si Vasallus quid commiserit, quò Feudo privetur e. g. feloniam, ubi quæritur, an Subvasallus possit simpliciter à Domino repudiari? Distinguit *H. Pist. p. 44. n. 10.* an res fuerit subinfeudari solita, & sic negat: an verò de novo à Vasallo fuerit subinfeudata; & hoc casu putat Vasallum Domino præjudicare non potuisse, sed potius extincto Jure Datoris extingui Jus acceptantis. Quam distinctionem nos quidem in alienatione secuti §. 117. sed ad præsentem casum eandem applicari eò modò posse dubitamus. Daretur enim hoc modò Vasallo ansa, quandocunq; libuerit sine culpâ suâ Feudo privandi, idq; contra omnem planè spem ac cogitationem. Licet tamen dum cum Vasallo de Subfeudo constituendo contrahit, ejus conditionis gnarus esse debeat, nec de eò sperare majora, quàm de Jure præstare valet §. 19. d. R. F. §. 2. *Inst. de inut. stip. §. 5. Inst. de emt. vend.* id tamen intelligendum est de iis modis, quibus regulariter citra dolum aut culpam id contingere debet ac solet, morte sc. Vasalli & liberorum; non verò resolutione per culpam Vasalli, extenderent enim sic verba contrahentium ultra

§. 122.

ultra eorum intentionem (cum nemo id sit acturus facile aut concessurus, ut per culpam alterius Jus suum pro lubitu illius auferri possit) contra *l. 19. si cert. pet. l. 16. de A. R. D. l. 2. de his. qui in test. del. l. 19. de leg. 1. l. 3. C. de Transact.* ne dicam, quod nemo hoc modo Subfeudum esset accepturus, atque sic Legislator suo excideret Fine. Rectius itaque cum *Curt. p. 4. n. 83. Schurph. cent. 3. conf. 92. n. 2. Schrad. d. F. p. 8. c. 2. n. 23. Myns. cent. 1. O. 62. Cujac. de F. l. 2 t. 9. & allegatis à Pist. d. l.* (qui omnes tamen minus rectè ad eum etiam casum extendunt quò per mortem Vasalli extinguitur Feudum) *Lindem. Ex. Feud. 3. c. 8. th. 29.* (qui nobiscum facere videtur) dicendum putamus, Subfeudum subsistere, modò Subvasallus Superiorem recognoscere ipsique Servitia à Vasallo hæctenus præstita, non præcise ea, quæ Subvasallus suo Vasallo præstitit. *Rosenth. c. 11. concl. 21. n. 15.* præstare (quæ ipsa an à Vasallo, an ab hoc æquè habili Subvasallo accipiat Dominus, nihil interest) paratus sit propter textus rotundos *c. 1. si verò q. al. d. feud. pot. al. c. 1. §. similiter de leg. Corr. e. est d. 2. F. 9.* ad quem textum difficillimum (quò nomine insignitur à Dd.) præter communem & generalem responsionem, quod loquatur de Jure antiquo *Niell. D. 7. th. 8.* possumus restringere ad hunc nostrum casum. Confer *Ludov. S. F. c. 5. p. 321. & Pist. d. l. n. 16.*

§. 126. Idem judicium esto de illâ Quæstione, num Vasallus in præjudicium Subvasalli Domino Feudum refutare possit? Resp. posse quidem, sed cum eadem limitatione, nisi Subinfeudatus Domino superiori servire & ab ipso Feudum recognoscere paratus sit, quò casu ei Refutatio nocere non potest, nec debet *2. F. 9. Bocer. de mod. am feud. Tr. 5. c. 2. num. 162. Fachin. 7. contra §. 52. Schrad. p. 8. n. 23. Rosenth. c. 9. concl. 49.*

§. 127. Morte si solvatur Subinfeudantis Jus, Subfeudum nondum est extinctum, modò liberos Subinfeudans reliquerit, & ad eos Feudum transmiserit, quippe qui unâ cum Feudo hereditatem agnoscere *2. F. 45. & factum illius præstare tenentur 2. F. 9. Vers. si tamen junct. 1. F. 5. §. rursus. 2. F. 58. §. it. heredes. 1. f. 3. in f. 2. F. 83. Struv. S. I. F. c. 12. p. 455.* etiam si Feudum sit antiquum aut etiam ex pacto & providentiâ. Communis enim sententia, quæ vult Filium quoque perinde ut Agnatum, repudiare posse Hereditatem, ac suò Jure succedere, de qua vid. *Gail. 2. O. 128. n. ult. Myns. 3. O. 67. c. 4. O. 2. Carpz. P. 2. C. 47. d. 4.* qui extra Electoratum id tantum procedere tradit) haut subsistere potest, cum Filius (etiam in feudo ex pacto & providentiâ) ideò succedat, quod à primo acquirente per Patrem, à quò est propagatus, descendat; idque etiam receptum expressâ Constitutione in *Elect. Sax. P. 2. c. 47. Torgau. Auschreiben tit. welcher Gestalt die Agnaten. §. sehen / ordnen &c. confer latius Du. Struv. d. l. p. 34. Ludov. d. l. p. 214. Obrech. tit. l. 3. c. 10. n. 32.*

§. 128. Facile hinc patet, quod Subinfeudatio illa contra Agnatos haut subsistat, quò minus subfeudum resolutò Jure dantis avocare possint, licet longissimo tempore à Vasallo possessum. *2. F. 26. §. Titius 2. F. 73. Curt. p. 4. n. 85. Myns. 1. O. 62. Borch. c. 8. n. 51. Vult. c. 10. n. 83. Rosenth. c. 9. concl. 48. H. Pist. 2. q. 44. n. 6. Schnobel. D. 8. th. 28. Struv. d. l. 3. Ludov. d. l. Schepl. Prompt. §. C. c. F. tit. 8.* Veniunt enim Agnati suo Jure, nullamque à Vasallo subinfeudante dependentiam agnoscunt, conseq. nec facta ejus præstabunt *2. F. 39.* idque in tantum procedere putat *Vvesemb. d. Feud. c. 11. n. 19.* ut hi etiam Jure Retractus uti queant, §. 129.

§. 129. Limitationem tamen hæcenus dicta patiuntur (1.) si res fuerit subinfeudari solita, veluti si in universitate quædam existat, *H. Pist. l. 2. q. 44. n. 6.* exempla prostant cotidie in Episcopatibus, ubi certa prædia mensæ domini deputata, reliqua Vasallis dari solent. Episcopi autem succedentes vi Electionis evolvuntur, feuda tamen dari solita revocare nequeunt. Idem in secularibus procedit. *Vid. Beier. ad Schnob. D. 8. th. 29. Rosenth. c. 9. concl. 48. n. 13.* (2.) Si Feudum sit hereditarium; cum Agnati hic veniant beneficio defuncti, adeoque factum ejus præstare teneantur; ac licet vel maxime Feudum sit ex pacto & providentiâ, modo jure hereditario veniant. *Pist. d. l. Schnob. D. 6. th. 3. §. 29. & D. 7. th. 22. seq.* (quæ limitatio etiam ad Dominum, sed non nisi in Feudo mere hereditario applicari est *Struë. d. l. p. 456.*) (3.) Si Agnatus (vel etiam Dominus, cui aperitur) Hereditatem adierit Subinfeudantis. Heres enim rem à defuncto alienatam revocans exceptione domi mali repelli potest *l. 14. C. d. R. V. Schnob. d. l. ac eò ipsò, dum adeunt, dependentiam à defuncto assumunt.*

§. 130. Extra hos casus Feudò Domino apertò etiam subfeudum extinguitur: neque Dominus ratam habere cogitur subinfeudationem, etiam si subvasallus ad Servitia sese offerat *l. f. 4. §. ult.* quippe qui non Subvasallo sed Vasallo feudum concessit; quò, ejusque liberis, si quos reliquerit, mortuis, & Agnatis deficientibus, Feudum non potest non ad Dominum redire. *H. Pist. d. q. 44. n. 10. Schrad. p. 8. c. 2. n. 22.* neque ipsi potest invito obrudi Vasallus; non obstante *l. F. 9. ad quem textum responsum §. 124.* malè sc. illum extendi ad hunc casum propter conjecturas in contrarium facientes. *vid. Grot. de F. B. & P. l. 2. c. 16. §. 22. seqq.*

§. 131. Denique contrariatur Subinfeudationi pactum in Investiturâ adjectum, quò Subinfeudatio expressè est prohibita, cui omninò standum *l. 1. §. 6. de pos. l. 1. de Pact. l. 7. §. 7. eod. l. 1. de const. pec. l. 84. in f. d. R. l. c. 1. de Pact.* cum pacta dent Legem contractibus *l. 25. d. R. l.* usque illud quis in se recipere possit, quod aliàs ex naturâ negotii facere non cogetur. *l. 109. l. 90. d. V. S. l. 48. l. pen. de Pact. l. 2. l. f. C. de Pact. int. emt. l. 6. 7. ff. comm. prad. l. pen. de Esiet.* An verò idem dicendum sit de Pacto, quò in genere prohibetur alienatio, de quò jam supra §. 31. quid inuimus, dubium est. Puto negativam esse veriorem, eò quod non sit vera alienatio, ubi Domino servatur independentia. *Schnob. D. 8. th. 25. ibique Beier.*

§. 132. Valdè affine Subinfeudationi est Subemphyteuticatio, quâ itidem dominium directum adipiscitur Subemphyteuticans, unde tam laudativi, quam Canonis ratio est habenda cum ipso concedente, non cum Domino directo, nisi Emphyteuta alium supponat in locum, & Dominus directus eum ut talem recognoscat, pensionemque ab eò recipiat. *Valasc. d. Jur. Emph. q. est. 13. n. 12. seqq.* in eò tamen videtur esse differentia, quod hic consensum Domini requirant; non in Subinfeudatione. Ratio fortè est, quod Emphyteuta inferior Superiorem Dominum non ita recognoscat, ut Subvasallus, cum expelli non possit, quamdiu canonem persolvit; unde Domini præjudicium hic versatur, cui Jus aperturæ in infinitum extenderetur. Patet illud vel exinde, quod Vasallus irrequisitò Domino feudum in Emphyteusin dans portione alienatâ cadat. *Carpz. P. 2. C. 49. d. 14.* quan-

F quam

at per
t. pet.
msact.
or suo
2. n. 2.
llega-
vò per
iscum
uperi-
2, quæ
æ ipsa
st) pa-
simi-
signi-
e Jure
Confer
æjudi-
um eâ-
eudum
2. F. 9.
d. p. 8.
um est
niserit,
æstare
es. l. f.
t etiam
perin-
qua vid.
qui ex-
s (etiam
per Pa-
titutio-
agnaten.
Obrech.
os haut
ongissi-
Myns. l.
2. q. 44.
F. tit. 8.
dentiam
ere putat
§. 129.



quam hodiè generali consuetudine Nobiles Vasallos rusticis ac civibus vicinis, pa-
scua, agros & similes Feudorum portiones etiam cultas, meliorandas, colendas ac
fruendas concedere pro annuâ pensione um einen Erbzins supra dictum sit. §. 97.

§. 133. Cognatum quoq; aliquod facere conatur *Schrad. P. 3. c. 2 num. 9.*
Subinfeudationem Domini; dum permittit Domino Feudi aliquem, qui ejusdem
dignitatis, cujus ipse est, de directo suo Dominio investire, hoc effectu, ut ipsum
Feudum culpâ Vasalli amissum, vel finitâ ejus generatione ad se reversurum, rever-
tatur ad eum, cui suum directum dominium in Feudum concessit, & cum ejus do-
minio consolidetur; interim verò præstentur huic Investito à Vasallo Possessore om-
nia Servitia, quæ antea ejus Investitori præstabantur. Verùm talis Infeudatio
nostro Juri feudali est incognita, cum potius vera sit alienatio, quæ prohibita *2. F.*
34. §. ex eodem. Proprietas enim aliô modô in alterum transferri non potest, quàm
ut eadem ipsa alteri detur, & sic duo in solidum non poterunt esse Domini *l. 5. §. f.*
commod. l. 14. §. 2. de exc. rei jud. l. 150. de R. I. §. 10. Inst. de Leg. Neq; obstat:
dari utile dominium, quod analogicè directum diximus, utilis domini; Ergò & di-
recti poterit dari dominium directum, quod analogicè utile diceres. Resp. enim qn.
dicitur dom. utile posse in alium transferri ita, ut dom. utile sit quasi domini utilis,
id non ita est capiendum, quod concedens Jus suum plane in alium transferat; sed
tantum, quod vi sui Juris, quod habet, Subfeudum constituat; jam verò qui Pro-
prietatem tantum habet, non habet sub hoc Jure facultatem talem, quâ posset hujus
proprietatis suæ dominium utile constituere, cum id ex nullo textu probari possit,
neq; ratione ullâ probabili excusari, quia dominio semel in directum & utile diviso,
ulterior directi sub specie utilis concessio nescio quid involvere videatur. Conf.
Dn. Struq. c. 13. th. 1. & latius hæc refutantem Niell. D. 7. th. ult. Atq; hæc pro
instituti nostri ratione sufficiant. Plura Deus & dies dabit. Interim contentus eris.
L. B. materiæ hujus si non rarissimæ, certè nec omnium vulgaris (licet enim inte-
grum Tractatum de eâ scripserit *Kohl*, is tamen mihi nondum visus) qualicunq;
pertractatione, si quidem attendere volueris, Titulos nostri temporis suâ spe-
ciositate fallere oculos, re nunquam non (quanquam sub di-
verso schemate) eadem existente.

DOMINO SUMMO GLORIA.

COROLLARIUM.

MInor Curatorem habens, sed tamen sine Curatore
contrahens, obligatur civiliter.

Heut

Gut wird man Ihm / mein Freund / Glück zu dem Sie-
ger! singen:

Denn wenn sein tapffers Thun trifft mit dem Nah-
men ein /

So muß auch Nictus ein Überwinder seyn;
Doch soll mein Sieges-Lied erst nach dem Kampff erklingen.

Eiligst schriebs dem Herrn Respondenten
zu Ehren

D. Gottfried Schilter.

Was wir von seinen Fleiß und embsigen Studieren
In Hoffnung schon gesehn / das will Er nun außführen
Durch die gelehrte Schrift / so ietzt der flugen Welt
Nach üblichen Gebrauch von Ihm wird vorgestellt.

Wir sind darumb erfreut und wünschen mehr dergleichen
Denn wers so weit gebracht / daß er oft solche Zeichen
Der Wissenschaft ablegt / wird billich hochgeacht
Und auf der Pallas Thron mit grossen Ehren bracht.

Seite des Herrn Respondenten

Tisch Compagnie.

In jeder freuet sich wenn seines Freundes Glücke
In Ruhm und Ehre blüht: wie solten wir denn nicht
Ben dir / der du ein Theil von unsern Herzen heist /
Izt / da dein in der Kunst wohl ausgeübter Geist
Durch seine Fertigkeit viel andre läst zu rücke /
Mit einem Freuden-Schall abstatten unsre Pflicht.

Ihrem Hrn. Stuben-Gesellen zu Ehren geschrieben
dieses glückwünschend

J. G. Meyer / } J. U. S.
J. E. Schindler / }
Dulcis

is, pa-
ndas ac
. 97.
m. 9.
ufdem
ipsum
rever-
us do-
lore o-
udatio
a 2. F.
quam
s. S. f.
obstat:
& di-
im qn.
utilis,
at; sed
ri Pro-
t hujus
possit,
diviso,
Conf.
æc pro
us eris.
n inte-
eunq;
spe-

ore
heut



QX
Th
2980
DUlcis Amice præis scandens cum laude cathedram;
Si fortuna volet mense sequente seqvar.

Tuus ex amicis Sincerior.

DUm Campi turgent proventu divite Terræ
Quæ sibi commissas larga remittit opes;
Non veluti deses audes dormire Colonus,
Sed facere ingenii prima Pericla tui.
Sint precor hæc laudi primordia Messis, Amice;
Ut quondam Patriæ Commoda multa feras.

Hoc calidissimo Voto rudi Minervâ conscripto de Specimine egregio Nobilissimo Dn. Respondenti, Amico suo non è multis gratulabatur

Daniel Fritsch Vratislaviens.

Victorem in cathedrâ Te præstas, Candide NICI,
Quàm bellè nomen convenit ecce rei!

CAROLUS Rucker/
Fridb. Siles.

Er hier nicht streiten will kan auch nicht Sieges-Zeichen
- Zu seinen Ruhm erreichen
Auf Arbeit folgt Gewinn/auf Mühe folgt der Lohn
Fleiß trägt den Sieg darvon.
Er macht sich ietzt ins Feld/ mein Nici, Glück zum streiten!
Ich sehe zubereithen
Die Themis Ihr Geschenk / Sie windet iekund schon.
Dem GEBEN eine Krohn.

Glückwünschende setze dieses in Eil /

Joh. VVencesl. Heincke / Löbav. L.
LL. Studiosus.



[Faint, mirrored bleed-through text from the reverse side of the page, including words like 'ABRAHAM', 'DIECA', and 'SUBN']



N
Roy
Jus
inte
pro
G. l
pla
tâ
Qv
me
tib

I
fini
me
qv
vel
ny
vis
C.
no
vo
cip
qv

